xatiuis.vnde cōsulo vt medicinas laxatiuas quilibet medicus per se potius habeat q̄ ab alio recipiat cum in eis sit maior timor ⁊ inglioriatio medicorum. Octaua de cōsilijs porrigendis fortuitu occurrentibus. Cum quis igitur venerit ad te in domo vel consiliuz petens vel vrinam deferēs:non sis prompt⁹ ad consilium adhibendū. Primo conditionē considera persone ⁊ consiliuz quod petitur. Deinde vrinam formidanter respice preuidens ne sit acetum vel liquor alius vel vrina subiugalium quibus illuduntur frequenter medici:⁊ si nihil horum affuerit consiliuz tribue. Si vero vnum ex eis videris eos proteruo vultu repellas. Consueuerunt nāq; vetule veneficio vel impregnatione vel aborsu vel menstruorum prouocatione versute cōsilium petere:ipsis tamē sunt oīa talia protinus deneganda:⁊ cum vrinam inspexeris oculos ⁊ linguam cohibe ⁊ intentum atq; solicitum te protende. neq; de vrine iudicio responde donec a nuncio serum etatem querimontam patientis ⁊ confimilia figillatim inuestiges. Aliter in vrine signo decipieris: q̄ sepissime certificatum est eādem vrinaz ꝑm colorem ⁊ substantiā super diuersas passiones:imino q̄nq; contrarias iudicare. Signa ergo predistinguenda a vera rōne ducentis sunt preoccupanda. quod respiciens solers Jo.damas. ait in suo lib.ꝑmonum diuersorū glorioſorum superbiā ⁊ ad vrinale multiloquium si sapias:contēnas:neq; te egruz per singula interrogare pudeat. Vrina enim nisi morbus intra venas extiterit fallax nuncius est. Mona de salario petendo: cum igitur medicus ad perfectā experientiā ⁊ vulgarē peruenerit famam non veniat ad egrū aliquem oīno nisi rogatus ⁊ de salario certificatus:nisi forte egrotans sit intimus ⁊ spālis notus vel amicus. Mani si veneris non vocatus deperit egri fides in te.estimat nāq; te ignarū vel suspectum als ad sui curam te primitus vocasset. Neq; sis contētus salario pusillo: magnam quippe scientiā grauem solicitudinem turpem stercoris sputi ⁊ vrine visitationem:⁊ demum delectabilem sanitatis recuperationem ac vite redēptionem de qua penitus desperauerat magna ⁊ cōdigna decēt emolumenta:nisi forsan laborans sit persona pauper ⁊ miserabilis cum qua misericorditer est agendum vtā sanctorū luce euāgeliste pauli cosme⁊ damiani medicoruz sublimiū fideliter insequendo. Si vero de premio gentem egri cōsperseris post eius mortē non nisi vituperia recipies:quē si saluari cōtingat tibi vultum diabolicū perfugum ⁊ diuersicula protendet:quēadmodum in tui primitiua vocatione ⁊ auxilia deuota implorationē vultū angelicum:deinde in sui resumptione vultuz humanū demonstrabit. Decima de cōuersatione medici cum extraneis quibuscunq; viris literatis:⁊ proprie facultatis tue reuerentiam exhibeas familiarē tam religiosis q̄ secularibus gaudiosis ⁊ rationatis actibus cōtinuendo:vt eorum veridica simul ⁊ profícua cōmendatione floreſcas:vulgaribus vo neq; familiarem neq; elatum te offeras:ne te nimia familiaritate contēnāt vel superflua seueritate deuitent:vestibus ⁊ gestibus bonestatem diligas non pōpā: litium ⁊ dissensionum partes fugias:⁊ ad concordandū ⁊ vnitē dum te proposse interponas: vulgi laudes ne cupias.laudat nāq; vituperosus ⁊ opprobrijs refert:non dignos vitians ⁊ deturpās propter quod ait Arist.j.etbi.volo bonorari non nisi a sapiētibus notis et bonestis quō quis practicare pōt quo penit⁹ est nudatus Reuerentias tamē sibi exhibitas cuz pedes vel eās per ciuitatem gressus suos direxerit non spernat vnicuiq; iuxta gradum bonoris diuitiarum generis prudentie vel etatis responsum benuolum porrigendo.

¶ De corpore medicādo. Cap.iij.

Actus medici circa corp⁹ humanum septuplex est. Primus conseruatiuus omniuz precipuus:q̄ est respectu obiecti nobilissimi sanitatis.j.perfecte que est temperies ad iusticiam vel ꝓprie id a doctoribꝰ nūcupatur. Secūs reductiuus postea sublimior qui est respectu sanitatis perfecte:quia vnū quodq; corpus distemperatum degit sibi ꝓpria sanitate. Tertius preseruatiuus postea nobilior qui est respectu egritudinis superfuture. Quartus curatiuus omnium maxime necessarius qui est respectu egritudinis presentis. Quintus pronosticus circa futuram salutem vel perniciem predicandā per artez in oī passione qui est oīm gliosissim⁹ ⁊ famosus. Sextus resumptiuus. postremus qui est

respectu sanitatis post fortem desolationez: desperationē: ex quib⁹ cōspicere possum⁹ medicinalē sciam in oibus corporibus ⁊ oibus locis ⁊ tpibus necessario fore cōsulendā. Et ideo dicebat medicor⁹ princeps in tegni trac. de causis. circa pncī. Si eīm esset impassibile et imutabile nr̄m corpus ⁊ semper maneret optima cōpositio nulla indigeret arte ipsuz cōseruante: qm̄ vero mutatur ⁊ corrumpit̄ et puertitur nō seruās quā habebat ex pncipio cōsistentiā sm̄ hoc curatione indiget. Et primo de regi. sani. ait. Nequaq̄ quidē reperibile est corpus tēperatum: vel si est: ad ictum oculi est. Sunt aūt medicine cōsilia non quē admodū textorū vel edificator⁹ necessaria sz quēadmodū agricolarum ⁊ nautarū possibilia: ꝓpter qō ait auer. j. ⁊. vij. colliget. Finis huius artis nō est ad saluandū: sed ad faciendum iuxta illud quod pōt fieri ⁊ q̄titate conuenienti ⁊ tempore conuenienti. Et postea debet expectari finis sicut est in arte nautar⁹ et regimīe exercituū. Et gal'. i. xj. de inge. sa. ars medicine ⁊ medicus nō sunt principales cause sanitatis: q; sanitatem nō absq̄ medico ri facere pñt: sed cum quadā conuenientia. Quod exponēs in teg. ait. qm̄ quidez bonum operatrix natura: medicus vero minister. et ipo. j. prono. q̄uis ois minime curare possit: quod si posset non tam futuri preuisor: sed diuinis propbetis melior reputaret̄. Et philosopbus. j. rbeto. dicit. nō est optimus coriari⁹ qui facit optimos calceos: sz vt cōiter qui de contingentibus nibil obmittit. Scripturi itaq̄ de arte curatiua ⁊ ꝓnostica premittere diximus capitulū de arte conseruatiua preseruatiua reductiua ac preuisiua quod ad sanitatis regimen dignoscitur pertinere.

Conseruatur itaq̄ sanitas. iiij. modis pre cipuis. quorum primus est per dietaz regularem: ⁊ banc in metbodo ponemus. Secundus vero ꝑ consuetudinis bone obseruantiā et peccantis correctionem quam in emperi cis dicemus. Tertius per regularum generalium noticiam quam in canone scribemus. Quartus per egritudinis fiende cautelam quam in pronosticis subiungemus.

Methodus ꝓsistit i regimine diete.

Dieta aūt i debito vsu sex rerū nō naturaliū que sunt cib⁹: potus: inanitio: repletio: somnus: ⁊ vigilie: mot⁹: ⁊ quies: aer nos contin̄s et animi passiones: de q̄bus per ordinē distinguem⁹. Regimē cibi sex ꝓpriē modis: q̄ sunt substātia: q̄titas: q̄litas: cōsuetudo: tps: ⁊ ordo. Substantia q̄ppe cibor⁹ debet eē q̄ generet bonū cbilum tpatum: vel circa id vt sunt caro pullor⁹. perdicū. faſianor⁹ oiz autū filuestriū nō aquaticarū: caro bedor⁹ saltantiuz agnorū vitulor⁹ lactantiū bouū nōdum arātiū porcellor⁹ vnius vel duor⁹ an. capriolorum ceruorum pinguiū porcor⁹ siluestriū. Et de legu minib⁹ cicera fracta vel pisa ⁊ aqua eor⁹ propte et de granis frumenti risum far farina auene panis triticeus bñ coctus fermētatus bene salsus collect⁹ de tersano bñ conseruat⁹ nō corruptus. De berbis borrago spiarcbia bleta petro atriplex endiuia lactuca. De fructibus ficus vue mature ante prādium pira et coctana assa post cibū. De piscib⁹ luceus et oēs pisces marini durarū carniuz nō viscosarum. vel alij pisces q̄ in aqua munda arenosa petrosa capti sunt bñtes carnes solidas ⁊ frāgibiles sapidas sq̄mosas ⁊ ꝓprie assi super prunas vel elixi cōditi cum sinapi pipe et croco zinzi. ⁊ alijs specieb⁹ corrigētib⁹ flāctatem. De lactib⁹ lac caprez vel asine vel vacce bene paste de bonis berbis feno: ⁊ propriē ante cibum sumptū in stomacbo mundo per se vel cuz zuccara aut melle aut mica panis. Caseus recēs vel q̄si recens ex bono lacte artificiose factus: ouа recentia puula oblonga sorbilia. Quantitas cibi dz esse q̄ satisfaciat nature nō appetitui. Mā stomacbus calidus appetit min⁹ q̄ oportet: frigid⁹ plusq̄ opz. tpatus aūt tantū appetit q̄tum bene pōt digerere: vt dicit gal'. i teg. c. de signis stomachi. de qua mensura ciborum lo quēs Auic. j. can. fen. iij. c. de regie cibi ⁊ pot⁹ ait. Ex cibo nullus est ita replēdus vt nō sit locus vacuus in stomacbo ⁊ supfluus: sed ab eo est cobibēdus reliquus a desiderijs in aia remanētibus. beniz famis reliquie post vnā bozam destruūtur. j. qm̄ os stomachi corrugatuz post cibum fuerit. q̄titas aūt discreta debet eē vt numerus ferculorum binariuz non excedat: quia in multitudine ciborum ⁊ propriē et berogeneorum neq̄ per artificium coctorum bene cotpatorum necessario fit inequalis digō in stomacbo: quare vel coctus exiens traberet cru

dum post se vel expectans etus digestionem adureretur: cuz digestio non sit alteratio que cunqz facta a calido naturali: sed determinata certo termino. propter quod ait Auicēna. Et nihil quidem est deterius qꝫ diuersa nutrimenta simul adiungere. post hoc in comedendo tempus prolongare non licet. Cum enim postremum nutriens aduenit primum tam incipit digeri. Nutrimenti ergo partes in digerendo non simulantur. Qualitas ciborum debet esse in complexione quidem frigida byeme actu ⁊ virtute calida: in complexione calida estate actu ⁊ virtute frigida: in medijs autem temperata: quia omnis complexio siue sit temperata siue intemperata conseruatur per similia in forma ⁊ gradu: sed furiosa rectificatur per contraria in forma. Similia in gradu si fiant vsu moderato: consuetudo proposse seruanda in cibo. quia dicit Ypo.ij.ampbo. Parum deterior ⁊c.⁊ ibidez. Ex multo tempore consueta ⁊c. et Auicenna c.allegato. Oportet preterea te scire qꝫ nutrimentum melius est qꝫ melius sapit: propterea qꝫ stomachus et virtus retentiua vehemēter ipsum amplectantur cum bone fuerit substantie. Hoc autez addit insinuans qꝫ consuetudo ad malum cibum est gradatim abijciendā non subito: qz repentinas mutationes nō sustinet natura: vt dicit Galenꝰ in teg. Insuper ista abiectio consuetudinis non debet fieri nisi in tempore sanitatis: quia in cura cuiuscqz egritudinis omnis consuetudo est toleranda cum tunc sit basis ⁊ fundamentum nature: vt dicit galenus septimo de inge. sa. assignans causam ibidem qꝫ si tempore egritudinis consuetudinem mutaueris quocunqz ledes naturam tripliciter. primo per egritudinem. secundo per medicinarum exhibitionē. tertio per delectabilium ablationem: quare natura non sustinens finaliter succumbit. et Aristot. ſ. rbeto. Consuetudo est altera natura: quia consuetudo est eorum que vt sepe: natura vero eorum que vt semper. Sepe autez ⁊ semper sunt sibijnuicem propinqua. Tempus anni est in cibo diligenter obseruandus: quia in byeme est multus cibus simul sumendus: quia ventres byeme et vere calidissimi sunt natura propter antiparistasim: et tunc natura pōt sufferre errores: et cibi grossi tunc sunt sumendi: sed raro sm numerum: quia tūc pauce fiunt a corpore resolutiones: in vere autez parū ⁊ raro est comedendū: quia precessit per totā byemē multarū superfluitatuz collectio. Et hoc tps bonitate sue cōplexionis omnē materiā expellit ⁊ oēm egritudinem manifestat: in estate est comedēdū sepe bis vel ter in die: pro vice tm parū ⁊ de cibis subtilibus de facili digestibilibus: qz tunc calor naturalis est debilis et resolutio plurima. In autūno vero aliquātuluz plus pro vice de cibo est sumendū: sed rarius sm numeruz. Et est maxime insistenduz in illo tpe in vsu bonorum ⁊ laudabiliū ciboꝝ: qz naturalis calor est debilitatus plurimū per estatem precedentez ⁊ p malicią cōplexionis aeris presentē. Et cauenduz est a fructibus: quia generant cibiluz valde putrefactibilez illo tēpore: Iz quandoqz in estate comedi possint pruna: cerasa ad reprimendum cholerā ⁊ propte ante omnē cibuz. Tempus etiā estatis est obseruanduz: qz pueri qui crescunt sunt dietandi dieta byemis in continuo sed nō in discreto: quia multuz ⁊ sepe debent sumere cibuz: sed iuuenes et etate perfecti dieta byemis oīno: quia calor naturalis est in vltimo fortitudinis et corpus non indiget apponere ampliori. senes vero dieta vernali. seniores dieta estiuali in continuo ⁊ discreto: sed autūnali in ciborū substantia sumendorū. Tēpus preterea diei considerandū est. qz vt ait Auicenna ca. de descensu cibi a stomacho. Corpus temperatuz debet tribus vicibus sumere cibum infra duos dies naturales: vt vnicuiqz triuz refectionum cedat numerus sexdecim horarum naturaliū quod est cōmune tempus digestionis ⁊ euacuationis superfluitatum primaruz: licet hoīes nostri temporis cōmuniter in die bis cibuz sumāt: in prandio scilicet ⁊ cena: quod propter cōsuetudinez antiquam non valde vituperabilem est tenenduz. Quoniā apud homines irregulariter viuentes tps prime digestionis nō est vnū: quia apud quosdaz est duaruz horarum apud alios quatuor. vel sex sm diuersitatez cōplexionis stomachi vel ciboꝝ in qḥto ⁊ quali. Sed in tpe conandū est vt cibum estate sumant horis diei magis frigidis ⁊ locis frigidis ar. vel natura. In byeme ꝓtrario modo. In vere ⁊ autūno medio modo. Ordo etiam in cibo est attendendus. Nā si stomachus fuerit qꝫatus ⁊ tēpus tēperatuz: tunc non dz in

stomacho cibi cōmiscerī diuersarū substantia
rū sed homogenei in substantia ⁊ ipati in cō/
plexione qui supradicti sunt:ne fiat inequa/
lis digestio. Si vero stomachus fuerit calid?
colericus natura debet cibus grossus p̄mitti
subtili cum melior digestio maior caliditas
sit in fundo stomachi sicut melior appetitus
⁊ sensatio sit in ore eius adurereť forte subti
le anteq̄ digereretť grossum quare si subtile
fuerit premissum egreditur: et grossius inter/
dum digeritur. Propter qō ait Gal'.j. alimē.
de stomacho colerico q̄ melius digerit car/
nes bouinas q̄ pisces petrinos:quia adurit
subtilia sed tēperate excoquit grossa. Si vō
stomachus sit frigidus natura procedať ecō
uerso. Si autem sit stipticus ⁊ siccus natura
liter premittantur lubrica stipticis. Si vero
humidus ⁊ fluens fiet econuerso. Si vero fa
melicus ⁊ exercitatus premittat grossa subti
libus ne forte corrugatus velociter sup subti/
le respuat grossum. Si autem sit fastidiosus
⁊ ocio gaudens fiat econuerso: vťr tamen ca/
uendum in omni stomacho assumptione ci/
bor valde diuersor in substantia quoniaz di
uersis digeruntur tēporibus et diffōrmibus
elaborantur gradibus calōris. Fuit igitur in
eorū mixtiōe plus nocitiui q̄ iuuatiui. Utrū
autem maior cibus sumendus sit in prandio
vel cena scribemus copiose capitulo de dimi
nutione ⁊ corruptione digestionis in stoma/
cho. C. de cañ. potus etiam regulať in substā
tia q̄ritate qualitate ⁊ ordine de quo dicem?
ca. de siti. C. de cañ. vnum tamē hic ponem?
preter illic dicenda qō conueniens est stoma
cho ⁊ omni corpori seruare volenti propriam
sanitatez vt potū permixtiuuz. i. quion hora
comestionis assumit partiatur in vices pluri
mas a principio comestionis vsq̄ in finē: ne
forte potus plurimus simul sumptus cibum
fluctuare faciat ⁊ permixtionē bonā p̄hibeat
⁊ retentiuaz stomachi deijciat. Et hic potus
cōuenies est vt in principio comestionis sit
vinum purum clarus potens in confortatio/
ne digestionis. Sed in medio sit limphatum
paruz per gratiam melioris cōmixtionis: qr
talis potus erit calidus ratione vini ⁊ subti
lis substantie ratione aque que duo maxime
conferunt penetratiui: in fine vero sit vinum
limphatuz vsq̄ ad mediuz vel per se natura
liter ponticum: vel aqua pura ne fumus sur/
sum caput percutiat: ⁊ ideo expertū est q̄ ma
gnus haustus aque frigide post crapulam
sumptus aut tollit aut diminuit ebrietatem.
Et hec de prima re non naturali. C Dica/
mus de secunda que est inanitio et repletio.
vbi sciendū est q̄ par est peccatuz stomacho
famelico cibuz denegare ⁊ fastidiose repleto
cibum offerre: vt dicit Auicenna primo cañ.
fen. tij. ca. de regimine cibi ⁊ potus. Primum
nāq̄ stomachuz replet malis humoribus: se/
cunduz vero plectoriā opillationem putrefa
ctionem apostemata lepraz ⁊ fe. inducit. Qui
cunq̄ igitur cupit custodire sanitatem surgat
omni mane hora determinata assueta ⁊ vni/
formi post q̄ somnū ⁊ digestionez compleuit
perfecte. Deinde conetur diligēter ad expul
sionem superfluitatuz prime ⁊ secunde dige
stionis stans erectus et fixus in eodem loco
donec propria grauitate deorsum tendant.
Postea caput diligenter fricet cū pectine vel
digitis: vt pori capitis aperiantur ⁊ vapores
exhalent. Postea conetur ad screatū ⁊ sternu
tationez per se vel per artem si reuma sense/
rit. postea exercitetur gradatim a motu debili
ad fortez redeundo ad debilem ⁊ tandiu hu/
iusmodi motuz continuet donec aliqualē sen
tire ceperit lassitudinem vel sudorez ⁊ balnee
tur ⁊ vociferet ⁊ in sole ambulet et in ieiuno.
Post hoc quiescat in loco temperato vel ver/
gente ad frigiduz: donec calor naturalis vnia
tur ⁊ famem sentiat et saliua subtiliari cepe
rit: tunc ilico cibum predictuz capiat sine mo
ra. Post comestiones vero nō exercitetur nisi
prout dicetur neq̄ sub sole vel estu habitet
ne cerebrum vaporibus repleat. Et idem or
do seruandus est ante cenam. De tertia re
non naturali que est somnus ⁊ vigilia. Scien
duz q̄ tempore ypo. vt patet. tij. pronosti. om
nis somnus diurnus ⁊ vigilia nocturna fue/
rant vitiosa: minus tamen si a mane vsq̄ ad
horam diei tertiam se tenuerint potest tunc
fuisse regimē sanitatis optimū. Tempore au
tem gal'. vt dicitur ibi in cōmento. C onsuetu
do principuz ⁊ magnatum cepit comazviola
re. Tempore aūt moderno vt ait Auicē. ca. de
regimine cibi ⁊ potus. Nō ois somn? diurn?
est vituperandus. Et proprie si in eo q̄nq̄ cōdi
tiones obseruenť. Prima vt sit cōsuetus. Se/
cunda vt nō fit ilico super cibuz. Tertia vt nō
fit capite depresso. Quarta vt nō fit longus.

Quinta vt nō fiat stupenda ⁊ repentina ex/pergefactio: sed morosa. In omni autē som/no conuenit vt fiat in loco non calido vapo/roso: sed tēperato vel parū frigido. Corpus tamen perfecte pannis calidis cooperiatur plurimis: vt calor naturalis redire ad inte/riora non formidet: neq; membra exteriora mortificentur: quia in his duobus magis cō fistit bonitas tertie digestionis. s. stomachi epatis et membrorum. Quarta res non na/turalis que est motus ⁊ quies taliter est regē da: vt ante omnem cibum ⁊ post euacuatio/nem superfluitatuz fiant exercitia fortia pre dicta. Post cibū vero statim conuenit vel quie/scere sedendo vel erigi stando: vel moueri paulatim breui tempore deambulando: vt motus nō sufficiat ad cibi conquassationem sed eius in fundo stomachi locationem. Pri mum nāq; fitim angustiam ⁊ indigestionem inducit. Secundum vero labia oris exsiccat: os stomachi corrugat ⁊ digestionem confor/tat. Et si contingat talem proficisci pedes vel eques totam dietam vel circa id in ieiu/no pficiat. neq; sospitatus vel bospitatus sit co cibum vel potum perficiat aut capiat: nisi postq̄ quieuerit ⁊ calor ad interiora redierit tunc cibum parum recipiat. Et si necessa/rium est vltra progredi somnū breuem super cibum dormiat anteq̄ iter arripiat: ne cibus concussus in stomacho corrumpatur. Opti/ma nanq; digestio fit somno ⁊ quietē: vt di/cit Galenus. vij. de inge. cap̄. de cura stoma/chi sicci. Et licet post exercitium vel vigilias promptius fames superueniat: hoc non est nisi propter cibi descensum ad intestina vel membrorum resolutionem vel sensus oris stomachi acuitatem que in somno non conti gunt. De quinta re que est qualitas aeris continentis taliter videtur dicendum. Et omni tempore cauendum est ab aere pesti/lentiali ne fortem epidimiam vel lepram in/ducat. Rectificetur ergo cum suffumigio sto/racis sicce vel iuris ⁊ pillis de aloe que di/centur libro. ij. capitu. de feb. pestilentiali et obstructione domus ⁊ camere a ventis me/ridionalibus vel occiduis ⁊ eorum' euentatio ne et apertione ad plagam orientalem vel septentrionalem. Et cautela a communica/tione leprosorum scabiosorum obtalmico/rum epilenticorum et omnium patientium morbos contagiosos. ⁊ custodiatur ab aere in quo sunt cadauera vel paludes. Et si aer fit frigidus rectificetur cum igne: si calidus cum rosatione aque ros. ⁊ stramento ros. ne nupbar. violarum ⁊ similium. Si siccus cum gladiolis maluis vin eis foliis salicis vel po puli vel vitis. Si humidus cum suffumigio xiloaloes vel alipte muscate: ⁊ vtatur per in terius electuarijs calidis vel frigidis put oportet. Et vestiatur vestibus calidis lanets mollibus vel lineis vel sericeis subtilib' put necessitas postulauerit. De aere dicit bal supra tegni q̄ est inter res non naturales precipua ex eo q̄ ambit ⁊ ingreditur corpus nostrum ⁊ membrum nobilissimum quod est cor. Nec ab eius qualitate possumus vnica hora separari propter necessitatem anbelan di. Quare in eius custodia ⁊ rectitudine plu rimum est solicitandum. De sexta re ⁊ vlti/ma non naturali que est animi passiones. Sciendum q̄ conuenit in regimine sanita/tis gaudio ⁊ letitia vti: quia animum forti/ficant spiritus subtiles ⁊ animum laudabi/lem generando. Idcirco conuenit vti vesti/bus ornatis eximijs aromaticis: anulis nobi libus sonis musicis: et omnibus gaudiosis: quia timor tristicia ⁊ solicitudo assidua men tem deijciunt: sanguinem grossum frigidum multiplicant: spiritus terrestres et caligi/nosos generant: calores mortificant: humo res incuneant: ⁊ melancoliam confirmant. Sed reperiuntur aliqua emperica que pro/pter hominum consuetudinem plurimuz vi/dentur conferre ad regimez sanitatis de qui bus nunc dicamus. Si igitur nunc sanitatis cōseruator quandoq; propter errorez regimi nis purgatione indiguerit: tunc ab anno eta tis sue. xiiij. vsq; ad. lxiij. vel circa id poterit istis medicinis vti secure omni tempore an/ni. Mane ante tempus etatis predicte ⁊ post non est flebotomandus nec farmacandum: ni si necessitas magna precipiat ⁊ robur virtu/tis ⁊ carnositas corporis ad ipsum concedāt: prout dicit Auer. vij. colliget. de auenzoar me dico peritissimo qui flebothomauit filiū suū finochbam patientē cū esset vni' anni ⁊ ipsum liberauit a morte. Si igitur sanguis indiget euacuatione fiat flebothomia. Si cholera

fiat cū ʒ.ſ.reubarbari optimi puluerisati ⁊ in
corporati cum ʒ.iiij.vel.v. aque decoct.pru
norum damascenorum dando actu cal'. in au
rora vel ante diem. Si flegma fiat cum medi
cina de turbith quod est pharmacus bene no
bile quo sepius in opere presenti vti intendi
mus.⁊ sic fit.℞.turbith al'.elect.et mundi.ʒ.ſ.
vel.ʒ.ſ.⁊.℈.ʒinʒ.ʒ.ſ.ʒucca.ʒ.ij.fiat puluis ex ip
sis qui detur totus ante diem cum aqua cali
da:⁊ differatur cibus post ipsuʒ: quia est tar
de solutionis. Et si vis acuere adde hermod.
ʒ.ſ.vel ℈.Si melia fiat medicamen istud.℞.
sene.ʒ.v.ʒinʒ.ʒ.ij.cartami.ʒ.℈.cinamomi.ʒ.ij.
fiat puluis ex omnibus de quo detur.ʒ.ſ. vel
ij.ante prandium per duas horas cum iure
carnium actu calido. Si humores adusti:sic
fiat.℞. medulle cassie.ſi. manne thamarindi
aā.ʒ.℈.dissoluatur in.ʒ.v.vel.vj.aque decoc.
prunorum colletur ⁊ collatura ⁊ totuʒ detur
ante diem actu calidum. Et si nolueris rec
pere omnia sume de vno eorum.ʒ.ſ.vel.ij.Si
autem leuiter mūdificare massam sanguinis
intendis:sicut ꝓsueuerunt homines facere in
principio veris ⁊ autūni. ℞.tbi. epithi.sene.
aā.ʒ.ij.quinq; mirabolanorum aā.ʒ. ℈.cina
momi electi.ʒ.ſ.gariofi.ʒ.℈.reupontici boni ⁊
loco eius reubarbari optimi non putrefacti
turbith albi ⁊ electi.ʒinʒ.albi.aā. ʒ.℈.ʒucca
ri.ʒ.ij.fiat puluis ex omnibus bis et detur to
tum ante diem cum.iiij.ʒ. aque decoct. anisi
vel feniculi actu ca. et differetur cibus super
ipsum. Et scias q̄ medicine laxatiue non de
bent dari nisi premollito ventre vna die vel
ij.cū sirupo aliquo vel cibo lubricatiuo: sicut
iura carnium pinguiuʒ ⁊ olera mollificatiua
Scias etiam q̄ non debent dari cum liquore
plurimo:quia disgregat et corrumpit virtutē
medicine:sed cum tali ⁊ tāto que sufficiat ad
deferendum virtutem ⁊ vaporem medicine p
membra:neq; debet dari sine omni liquore:
quia pigritaretur eius operatio: neq; in bo
ra magne famis ne forte super ipsas se cōuer
tat natura ⁊ in chimum pessimum scilicet sui
generis transmutetur.verbi gratia. Turbith
in flegma:scamonea in choleram:sene in me
lancoliā.vt dicit gal'.v. de simplicibus medi
cinis. Postq̄ autem medicina satis operata
fuerit:tribue in potu vnum haustum magnū
ptisane collate:vel iuris pullorum ⁊ proprie
galli veteris vt reliquie medicine abstergan
tur:⁊ stomachus ⁊ intestina abluantur. Si
autem medicina exhibita non soluerit vel tar
data fuerit: omnino tunc licet regulariter non
competat illa die dare medicinam aliam: vt
dicit Auicenna.ſ.cāñ. capitulo quarto taʒ in
precedenti sermone. Tamē communiter ope
rantes propter vitandum vituperium et in
firmi terrorem tribuunt.ʒ.℈.vel.ʒ.ij. de succo
rosato laxatiuo cum aqua calida: quia tunc
prior medicina incipiet operari cum adiuto
rio secundo. Si venter alicuius sit stipticus
naturaliter vel propter errorem lubricetur
ante cibum cum suppositorio vel clisterivel ci
bo lubricatiuo:sicut dicemus capitulo de sti
pticitate ventris. C. de empericis. Quia ni
hil deterius est in regimine sanitatis q̄ reten
tio fecum in corpore: que vaporantes sursuʒ
inficiunt cibum ⁊ caput replent:et torporem
inducunt:⁊tandem egritudines pernicioſas
scilicet apostemata febres putridas: choleri
cam:ydropisim:tympanistem. Expertum est
etiam q̄ licet mixtio diuersorum ciborum in
eadem mensa in regimine sanitatis sit probi
bita. Sunt tamen quidam peiores aliis: si
cut est mixtio piscium et lactis: vel vini et la
ctis. Et vniuersaliter omnia contraria in cō
plexione vel modo substantie. sicut autem cō
uenit ante cibum sumere; de electuariis cali
dis digestionem confortantibus. Ita nocet
eis vti post cibum:quia ipsum sursum fuma
re faciunt et corrumpunt digestionem ⁊ fitiʒ
cum dolore capitis inducunt. Utendum er
go calidis aromaticis ante cibum et frigidis
stipticis post cibuʒ. Sunt preterea corporis
varie consuetudines et inenarrabiles. Con
sueuerunt namq; plurimi melius digerere ci
bos diuersos simul q̄ homogeneos. Et sunt
qui delectantur in carnibus vulpium et lupo
rum. Similiter plurimi somno se reficiunt
statim super cibum. Alii comedunt quater vel
pluries omni die et mittunt crudum super se
micoctum:⁊ sic de multis aliis: tamen dicunt
se per hoc melius et sanius se habere . iuxta
illud Galeni tertio de simplici medicina.
Quod quedam puella fuit nutrita napello:
nec ex hoc moriebatur: sed sibi concūbentes
solo anhelitu interficiebat . Alia iusquia
mo: alia fungis siue rebus aliis complexio
ne vel substantia venenosis. Quapropter ait
Auicenna.ſ.cāñ.fen.iij.capło duodecimo de

regi.cibi ⁊ po. Regiones quippe naturas habent proprias: ⁊ vsus et consuetudines sunt extra rationem. Et hoc quidem obseruandū est ⁊ oportet vt in hoc experimentum vincat rationē. Est namq; cibus qui solet comedi in quo aliqō est nocumentū ⁊ est cōuenientior bono non vsitato. Unaquęq; cū figura ⁊ cōplexio cibum habet cōuenientē ⁊ consimilem ad quem mutandū si voluntas affuerit nocumētum ei faciet ⁊ impedimentum. Sed contra istas malas consuetudines subdit ibidē. Ille vero in quo male digeruntur cibaria ob hoc non deciptatur: quoniā post dies aliquos generabuntur in ipso mali humores egritudinem faciētes ⁊ pernecātes. Et constantinus in viatico: non gaudeant malo cibo vtentes: quoniā si in presenti non leduntur: in posterū percussionem non euadent. Sumus igitur pplexi ex dictis circa cōsuetudines an ipsas obseruemus an mutemus. Ad qō videt dicendum q; cōsuetudo vel est cōueniens nature: ⁊ tunc oīs est seruāda: vel est dissimilis ⁊ incōuentēs: ⁊ hoc dupliciter. Quia vel parum discrepat: ⁊ tunc adhuc est seruāda. vel plurimū recedit a natura: ⁊ hoc est dupliciter: quia vel est innata vel non. Si scō modo non est tenenda. Si primum hoc est dupliciter: vel est corpus egrotans actu: ⁊ tunc iteruz est seruāda: qz tempore egritudinis oīs consuetudo ⁊ oīs naturalis complexio quantūcunq; distēperata penitus toleranda est vsq; ad perfectam sanitatē: vel est infra latitudinem sanitatis: ⁊ tunc est permutanda: nō tñ subito sed gradatim parum post parū. Quod si nō fiat in posterum penam nō euadūt: sicut patet in delectantibus in esu carniū aquaticarum salitarum aut piscium magnorum aut vulpiū aut bircorum: qui tandem lepram aut morphbeam incurrunt. Intelligendum postea qō quidem sublimior medicinaruz in regimine sanitatis est abstinētia. i. moderata cibi ⁊ potus sumptio cuz nature pauca sufficiant: appetitui ño omnia diminuta sint: propter qō accidit in nostro tempore plures occidi crapula q̄ gladio. Cibus namq; superfluus sui qualitate ⁊ resistentia calorem naturalem opprimit ⁊ extinguit: ⁊ per consequens facit corpus infrigidari ⁊ velocitari mortem naturalem sui quātitate replet vasa ⁊ appoplexiaz et rupturam subitam inducit sui substantia grossa vel viscosa oppilat: ⁊ transpirationez phibet: ⁊ per consequens putridas febres ⁊ apostemata generat perniciosa. Si quis igitur superfluum cibum vel potuz assumpserit vna die maneat famelicꝰ sequenti die in qua die senserit crapulaz vtatur somno plurimo proposse in loco temperato donec cibum digesserit. Quod si somnus non aduenerit vtatur plurimo incessu suaui ⁊ cōtinuo fine quiete ⁊ interceptione vt cibus digeratur: vel ad intestina descendat. Et parum boni vini puri bibat ⁊ permaneat donec totam crapulā per se vel cum clisteri vel suppositorio euacuet: nec postea sumat cibum nisi redierit appetitus. Dicit tamē Aui. ca. de regimine vini ⁊ aque: q; conueniens est omni mense semel inebriari potu vini plurimi: quia cerebrum purgat: spiritus multiplicat: ⁊ animum letificat. Intelligendum tamen in corpore nōvtē tevino: sicut hispani ⁊ omnes saraceni: sed in terris vino vtentibus omni hora ⁊ proprie in repētitionibus illud non cōpetit: qz repletio adderetur repletioni.

Canones.

Conetur sanitatis conseruator et custos vt ꝓposse omni tempore vtatur cibis puris nō medicinalibus: nisi cuz opus fuerit preseruatiōe. voco aūt cibos puros qui fic alterantur a corpore q; perfecte mutantur ⁊ cōuertuntur preterq̄ corpus nostrū omnino alterent ⁊ immutēt: vel circa id ficut sunt cibi superius nominati. Voco autem cibos medicinales: qui licet alterentur ⁊ elaborentur: alterant tamē corpus ⁊ permutant paulatine: sicut sunt omnes cibi in qualitate aliqua excedentes. Nam si sint calidi adurunt sanguinē ficut salsa: menta: piper: apium: allia: ⁊ similia. Si frigidi mortificant ⁊ cōgelant: ficut lactuca: portulaca ꝛc. Vel si magis sint frigidi interficiunt paulatine: ficut fungi ⁊ iusquiamus ꝛc. Si humidi putrefaciunt ⁊ caniciem inducunt. Si ficci virtutem deiciunt ⁊ calutiem inducunt: si viscosi oppilant: si diuretici renes macerant et corpus: si vnctuosi superna tant et nauseam inducunt: si amari non nutriunt: quia solum dulce nutrit per se vel cōmixtuz: vt dicit gal. iij. de simplici medicina. Si salsi adurunt et stomachum corrodunt. Si pontici constringunt ⁊ opilant. Si aceto

si: cito senescere faciunt. Solis igitur vtatur cibis dulcibus ⁊ nulla qualitate sensibili excedentibus vel circa id. Si autem propter excessum alicuius qualitatis accidit nocumentum: rectificetur per suum contrarium. verbi gratia. Si propter stiptica: dentur vnctuosa. Si propter vnctuosa: dentur stiptica: vt caseus. pira citonia. Si propter salsa: dentur aqua ⁊ acetum. Si propter acetosa: mel ⁊ zucchara. Si propter viscosa: incisiua vt sinapis. Si ppter acuta: portulaca. lactuca ⁊ similia. Item dicit Gal. viij. de ingenio sanitatis. qꝓ omnis distemperata complexio similiter et mala consuetudo reducende sunt ad temperamentum suo contrario saluis quattuor cōditionibus. primo vt hoc fiat tempore sanitatis. secundo qꝓ fiat gradatim. tertio vt corpus sit sibiꝑsi sufficiens. Pauperes enim necessario comedunt id quod habere possunt. quarto vt sit otiosum. melius est enim fabro vt sit flegmaticus qꝓ temperatus: et piscatori vel fulloni qꝓ sit cholericus: et aratori densus et compactus. Item licet in puero ⁊ iuuene sit calor naturalis equalis in radice: ⁊ per consequens digestio eque fortis in vtroq; quia in iuuene est maior siccitas propter caliditatez que depauit humidus suum radicale aliquātulum. Idcirco conuenit vt pueri melius digerant ⁊ melius nutriātur a cibis calidis et humidis: iuuenes vero a calidis ⁊ siccis solidis. Detur ergo pueris lac ⁊ caseus recens caro agnorum annalium castratorum: ⁊ cibi elixi: iuuenibus vero vitulorum porcorum boum non arantium: panis siccus. ⁊ cibi assi vel frixi. Ex hoc intelligere potes dictum cōmune actorum medicine. Quia in digestione sunt duo scilicet alteratio ⁊ conuersio siue assimilatio. Alteratio enim est decoctio cibi in stomacho. Et hoc magis fit a calido naturali. Sed assimilatio fit magis ab humido radicali quod est ipsa mollia ⁊ spongiosa faciens: ⁊ cibos in poros minimos vehens: passibile faciens: et ipsum apponens vniens perfecte conformans. Ex quo scire potes quare corpora quedam debilia melius nutriuntur aliquo cibo determinato qꝓ aliqua corpora robusta propter similitudinem forme specifice que est potissima causa conuersionis ⁊ nutritionis. Item dicit Auicenna primo can. fen. iij. cap. de regimine cibi ⁊ potus. qꝓ nihil est deterius qꝓ saturitas post diuturnā famem ⁊ econuerso. Sed tamen primus est deterius quia stomachus longa inanitione afflictus virtutem digestiuam amittit: ⁊ eius corpulētia constringitur: vt neq; digerere cibus: neq; recipere valeat: nisi valde paulatine: sicut patet in incarceratis post liberationem: ⁊ agris fertilibus post sterilitatem. Quot namq; homines se superfluo repleuerunt et suffocati interierunt. Idem in eodem. oportet vt ad lectum vadens primo supra latus dextrum iaceat pauco tempore: donec cibus ad fundū stomachi descenderit: et os stomachi clauserit: postea supra sinistrum reuoluatur vt epar bene stomachum comprehendat: quia stomachus de sui complexione paucam caliditatem participat cum sit membrum spermaticum: neruosum: sed caliditatem recipit a membris circumiacentibus scilicet a corde superius: felle inferius: epate a dextris: splene a sinistris: zirbo adipino anterius quod rbete dicitur: ⁊ a vena lili posterius. deinde reuoluat super dextrum et tota nocte suum perficiat somnum ⁊ digestionem. Item in eodez. vinum quoq; post cibum est ex rebus magis impedientibus digestionez: quoniam facit penetrare cibus indigestum ex eo quod velociter digeritur ⁊ facit hereditare opilationes ⁊ putrefactionem: ideo si post cibum superueniat sitis magna: aquam frigidam sumat: sed paucam quam sorbendo magis qꝓ gurgitando deglutiat: et sic sitim extinguet sine nocumento. Idem in eodem. res maxime opilantes sunt res dulces vel viscose: vel grosse substantie. dulces namq; attrahuntur anteq; digerantur propter familiaritatem quam habent ad naturam: et sunt causa putredinis ⁊ ydropisis. vbi igitur hec tria simul reperiuntur penitus sunt fugienda: sicut mel. pasta tortelli. vinum rubeum nouum: vinum turbidum. cerusia et omnia vnctuosa et pisces non debite preparati. Idem in eodem. corporibus raris ⁊ porosis: sicut sunt corpora mollia et laxe carnis plus opus est a rebus non naturalibus excedentibus precauere: sicut sunt aer estuosus resoluens: et frigidꝰ congelans vel exercitium debilitans vel cotus excedens. Corporibus vero depressis et solidis: sicut sunt corpora dure ⁊ cōpacte carnis plus necesse est ab interioribus ꝑmunire:

sicut cibus ⁊ potus grossus et viscosus opilans plectoria replens: ocium superfluens marcefaciens .et similia. Primi igitur a causis primitiuis primitius occupantur ⁊ febribus acutis. Secundi vero a causis antecedentibus febribus cronicis apostemati ⁊ ydropisi pernecantur. Item Auicenna primo canonum.fen.tertia capitulo de regimine vini et aque.dicit q̄ bibere aquam frigidam post exercitium superfluum vel balneum vel in fiti aduētitia cōtingente in ieiuno:vel in siti mēdosa contingente post somnum vel crapulaz est de numero maxime infrigidantium epar ⁊ stomachum et digestionem maxime corrūpentium:et calorem naturalem mortificantium:quare perducit ad ydropem vel ethicam senectutis:quia si quis predictorum plurima necessitate potus angustietur: abluat os suum aqua frigida et anhelet aerem frigidum:quod si non sufficerit: bibat modicum aque frigide in vase stricti orificij: quod si nōdum sufficiat:bibat prius vinum mixtum cū aqua calida ne multitudo nocumentorum talium contingat. Idem ibidem.vinum grossum est melius illi qui pinguis esse desiderat et fortis:tamen ab opillationibus sibi caueat: vetus tamen clarum et purum melius est habenti complexionem flegmaticam ⁊ pinguedinem fugienti. Item ibidem.super cibum malum cibum bibere vinum dum comeditur vel ante vel post est malum:quoniam facit ipsum in extrema corporis penetrare. Melius est igitur a potu omnino abstinere donec cibus digestus sit vel sitim extinguere cum pauco aque frigide:vel cibum deorsum expellere et ventrem lubricare cum haustu magno plurime aque pure sicut fit post pruna vel cerasa comesta. Idem ibidem.vinum dare pueris est sicut ignem igni addere in lignis debilibus: sed senibus quantum potest tolerare natura da et iuuenibus temperate. Item est peior repletio ex cibo q̄ ex potu. Pessima vero que ex vtroq; simul. Qui ergo cupit multum bibere vna vice paucum sumat cibum et econuerso. Mequaq̄ vero plurimum sumat cibum et bibat:quia vinum cibum indigestum ad singulas venas perducit. Item dicit Auicēna. primo canoñ.fen.tertio capitulo. de regimine somni et vigilie. q̄ sanitatem cupiens seruare debet de regimine somni diligenter cogitare vt temperate exhibeatur et debite: qz virtutem fortificat que fuit debilitata ex plurima exercitiī resolutione vel coitu vel labore. Similiter corpus roborat: impinguat et colorat. Ipse namq; omnem digestionem adiuuat: humores bonos multiplicat: spiritus generat et augmentat:et membra laxa recreat. Et est res maxime proficiens senibus: quoniam in eis humiditatem radicalem conseruat ne pereat:et perditam recuperat per generationem humidi fluentis. Est autē somnus temperatus ⁊ debitus si septem conditiones obseruentur. Prima vt sit hora debita scilicet non statim super cibum: sed postq̄ cibus descenderit ad fundum stomachi: quia dum cibus est adhuc circa os stomachi fluxeret ad caput ipsum replens et grauās et somnia plurima ⁊ terribilia et angustias cum reuolutione assidua de latere in latus et stomachi clausionem prohibens:propterea si eius descensus tardauerit et somnus necessarius fuerit:debet parumper incedere ⁊ postea dormire. Secunda conditio nō sit in die nisi obseruatis quinq; conditionibus supradictis. C.de tertia re nō naturali. vel nisi quis somnum nocturnum perdiderit propter solicitationem ⁊ laborem:tunc enim potest dormire a mane vsq; ad horam tertiam quod est tempus inconueniens minus:vt dicit Ypo.secundo pronosticorum. Tertia vt sit super alterū laterum modo et ordine predictis: vel super ventre si consuetudo eius decubitus inde fuerit:quia satis magnum confert in digerendo auxilium:propterea q̄ ventrez ⁊ calorem naturalem apprehendit et auget. Mequaq̄ autez fiat supine super dorso:quia vel materias facit deorsum fluere:⁊ tunc est causa catharri empimatis. pipleumonie. ptisis hēteriez ⁊ indigestionis.vel materias facit sursum mādare:⁊ tunc est causa apoplexie. epilepsie.paralisis.frenesis.incubi.litargie. Et quocūq; modo res se habeat:membra debilitat ⁊ musculos.qō si talis consuetudo fuerit:est protinus immutanda. Quarta vt non sit super vacuitatem ⁊ famem:quoniam est malum ⁊ virtutem deiciens ⁊ corpus macerans:⁊ colorem citrinans:stomachum replens malis humoribus: os amaricans:et appetitum prosternens. Quinta vt non sit profundus vt nō appareant somnia vel proterua vel delectabi-

lia quod significat cibi a stomacho perfectā comprehensionem cum digestione optima ⁊ revocatione spirituuz ⁊ caloris naturalis ad interiora completa et perfecta. Sexta vt sit capite eleuato super molli culcitra ⁊ cooperto pannis calidis plurimis super toto corpore: quia magnum prebet auxilium in digerendo cibum ⁊ macerando superfluitates expellendo in vigilijs si corpus in somno bene coopertatur ⁊ taliter situet: vt a vertice vsq; ad plantam pedis sit processus gradatiuus ab alto ad decliue. Septima vt sit quantitate sui neq; excedens neq; deficiens: sed moderatus et correspondens ciborum digestioni et virtutis confortationi. Unde Ypocra. secundo Amphorismorum. Somnus et vigilia ⁊c. quoniam si superfluat in quanto et quali corpus infirmat: caput humectat: superfluitates multiplicat: stupoꝛez et subeth causat. Si vero diminutus fuerit digestionem non perficit: tarditatem inducit: corpus macerat ⁊ faciem citrinat. Sunt igitur somnus ⁊ vigilia concause sanitatis: ita vt somnus deseruiat digestioni et maturationi: vigilia vero operationi ⁊ resolutioni: superfluitatum expulsioni: vt dicit Galenus vndecimo de ingenio sanitatis.

Pronosticatio.

Restat nouissime loqui de actu preseruatorio: quia non parum necessarius est in regimine sanitatis. Si quis igitur certis anni temporibus consuetus sit aliqua egritudine laborare antecq̄ hora vel tempus periodi superueniat debet vti alterantib⁹ contrarijs. Et si sit mala complexio diuersa sine materia: vt est febris effimera: dolor capitis calidus: quia si sit cum materia conuenit vt vtatur euacuationibus ⁊ diuersionibus: vtputa flebotomia farmacia vomitu et sudore menstruoꝛuz vel emoꝛroidaꝛuz prouocatione ⁊ similibus. Si quis fastidium vel appetitum cibi superfluum vel saporem oris alienum sine causa manifesta vel pigritiam cum lassitudine membꝛoꝛum vel somnolentiam vel vigilias superfluas vel sodam vel vertiginē vel anbelitus maliciam: vel sudoꝛes plurimos sine causa manifesta vel somnia plurima terribilia preter cōsuetudinem ⁊ ad vltimū quodq; rarum ⁊ nouū neq; assuetum incurrerit: egritudo p nosticabitur quare ad euacuationes ⁊ alterationes recurres cōuenientes. Si quis euacuationes cōsuetas puta per vomituz sanguinis vel flegmatis vel per emoꝛroidas seu menstrua seu per fluxū sanguinis narium: vel per sudoꝛez seu fluxū ventris: modo restrictas vel diminutas habuerit: ad ipsaꝛū festinet puocationem ⁊ corporis mundificationem ne superfluitas in corpoꝛe remanens sine cā manifesta moꝛbos matertales inducat. Econuerso. si tales euacuationes nō fuerint cōsuete sed de nouo superfuerint ad earum restrictionē non subito sed gradatim procedat primo considerans an sint naturales vel cretice ⁊ tunc oīno non impediat ipsas nisi valde superfluant ⁊ virtutē deijciāt an sint humoꝛalis ⁊ accidentales: ⁊ tunc ad restrictionē ipsaꝛū festinet. Saltus faciet plurimus fortis ⁊ perdurans tortura oꝛis vel paralisim portendit vicinā quare purgetur flegma vehementer ⁊ subtiliet̄ dieta ⁊ alteretur ad calidum ⁊ siccū: ⁊ sic prohibeatur a vino oīno ⁊ fiant gargarismata ⁊ euacuationes cum oximelle squilitico vel aceto ⁊ sinapi ⁊ melle: et sternutationes cum condisi ⁊ fricationes particule cū aceto forti digestionis rute salue absinth̄. et mentastri. Saltus coꝛporis totius fortis ⁊ perseuerans spasmū de repletione predicat quare purgetur cum medicinis foꝛtibus frequenter exercitetur in ieiunio proposse. Sudet in balneo famē ⁊ sitim toleret. Stupoꝛ ⁊ formicatio ⁊ in motibus debilitas in coꝛpoꝛe toto vel in latere altero paralisim eiusdem partis significat quare cuz medicinis scriptis de paralisi succurratur Doloꝛ capitis vehemēs cum feb. acuta: ruboꝛe oculoꝛum: apertione venaꝛum: fluxu inuoluntario lachꝛimaꝛum ⁊ cum impotentia intuendi claritatem luminis vel solis frenesim prefigurat. quare flebotometur basilica vel cephalica ⁊ mundificetur colꝛa ex reubarbaro ⁊ scamonea. Cōfoꝛtetur ceꝛebꝛum cum emplastris vnguētis epithimatibus repercussiuis factis ex aqua roſ. aceto succo sempuine solatri nenupharis lactucaꝛum ⁊ similium. Incubus ⁊ vertigo si sepe acciderint ⁊ foꝛtiter: epilentiam minātur: quare subueniatur cuz medicinis ad epilētiā conuenientibus. Si timoꝛ pusillanimitas et tristitia facies defectio solicitudo ⁊ risus sine

causa manifesta multū tempus habuerint melancholicā passionē constituent: vt dicit ypo. vj. amphoris. quare succurratur cū purgationibus ⁊ alterationibus ex ca. de melancholia. Si furor ⁊ instabilitas cū agitatione in motibus ⁊ garritu plurimo perseuerauerint: mania ⁊ demonū lupinū prefigurant. quare purgent humores melancholici adusti ⁊ alterent mala cōplexio cerebri cuz medicinis scriptis suo capitulo. Si catharrus descenderit frequēter ad stomachū: lienteriā vel vomitū inducit. Si ad pectus ⁊ pulmonem: ptisim asmavel suffocationē causat. Si ad cannam pulmonis: rauedinē inducit quare purgeť caput cū pillis cochijs frequēter emplastretur abrasis capillis cū emplastris stipticis exiccatiuis ⁊ rubificatiuis scriptis capło proprio. Subtilietur cena: tardetur somnus: post cibū multiplicenť vigilie pro posse. Sudor multus in nocte vel in somno factus sine manifesta causa significat quoniā corpus superfluo cibo vtitur. Si vero cibū superfluū nō sumentibus accidit significat: quoniā purgatione humorū superfluentiū inventis ⁊ portis membrorū indigēt: vt dicit ypo. quarta particula amphorismorū. aliter febres putridas aut apostemata nō euadēt. Corpus naturaliter sanguineuz est diligenter a feb. putridis conseruanduz ad quas maxime pronū est: vt dicit Gal'. xj. de ingenio sanitatis. quare flebotbometur frequenter: vel purgetur cū medicina cōuenienter in principio veris ⁊ autūni. Aperiātur eius porti cū balneis ⁊ fricationibus; vt transpirabile ⁊ bene euētabile fit omni hora. Corpus flegmaticū ex regimine vel natura studio solerti ab apostematibus paralisi ⁊ apoplexia est custodiēdum: ad que plurimū extat inclinatum. Corpus vero melācholicū ab ethica senectutis preseruandum similiter virtutū animalū perturbatione. Corpus cholericū per naturam regimē et dietas vel etatem diligenter a feb. ethica p̄seruetur: ad quā maxime pronum est: vt dicitur quarto de ingenio. Quare prohibeatur a ieiunio ira ⁊ siti ⁊ alteretur cum cibis ⁊ medicinis frigidis humidis: ⁊ custodiatur a vigilijs ⁊ solicitudinibus proposse. Si corpus moram in fortem ⁊ frequenter patiatur ⁊ virtus defectionem sine manifesta causa: mortem subitam minatur: vt dicit ypo. secundo amphō. Qui exoluuntur fortiter ⁊ frequenter ⁊c. Fiat ergo flebotbomia ⁊ purgatio humorum melancholicorum aduſtorum venenosorum cū polipodio: sene: epithimo ⁊ elleboro nigro. Si corpus valde repletum fuerit ꝑm vasa vel virtutem: ruptura venarum extinctionē caloris vel vomitum sanguinis et tandem apoplexiam portendit. Unde dicit prima particula amphorismorū. In exercitantibus ⁊c. Et cū subdit in. ij. crassi valde ꝑm naturam ⁊c. Quare statim cū flebotbomia forti succurratur: postea cum medicina laxatiua dieta tenui ⁊ sudore ⁊ exercitio in ieiuno. Si sensus ceperit turbari subito sine manifesta causa ⁊ motus voluntarij tardari cum vertigine ⁊ grauedine capitis et repletione plurima: timenda est apoplexia: quare fiāt flebotbomia purgatio ⁊ gargarismata suo capitulo scripta. Uris fetor pius solito cum fetore egestionis vel vrine pluri debito indigestionem ⁊ putrefactionē significant ⁊ febrem putridam proprie si fit cum opilatione venarum ⁊ porozum cutis ⁊ tensione venarum ⁊ ypocundriozum carentia balnei exercitij cōsueti ⁊ anteceſſione gulositatis diuturne. Quare fiant purgatiōes materie conuenientis ⁊ subtilietur regimen: facies. oculi ⁊ extremitates si inflari ceperint: ydropem et catechiam significant futuram. Egestio liquida cum traulis ⁊ rugitu ventris expulsa indigestionez significat presentem in stomacho ⁊ malam dispositionez epatis: scz opilationem vel frigiditatem: ⁊ sic per consequens lienteriam vel ydropem significat; futuram. Quare subueniatur cum diureticis calidis electuarijs ⁊ emplastris calidis stipticis proposse. Cum quis senserit lassitudinem in toto corpore cū acutate quadam ⁊ ardore circa cutim et horripilatione: fe. interpolatam predicit futuraz nisi cuz purgatione succurratur. Quia si fuerit cum forti fractione membrorum ⁊ obumbratione visus et grauitate omnis sensus: febrem continuam minatur: nisi subito cum flebotomia succurratur. Ex quo patet ꝙ ꝑ stratio appetitus ⁊ lassitudo spōtanea sunt presagia feb. vtriuscz vrine ardor persequens ⁊ a titillatione ad punctura paulatim procedens vesicam et virgam scabie vel

vlcere heredetabit: nisi succurratur cum medicinis quas suo loco dicem⁹. Pruritus ani non a vermibus causatus emorroydas significat futuras. Rubor faciei plurimus cū permixtione liuiditatis ⁊ angustia anhelitus ⁊ raucedine vocis quasi loqueretur pernares et pruritu sicco totius corpis et concupiscentia venereorum plurima et alteratione subita ad frigiditatem ⁊ caliditatem et asperitas cutis in modum alicuius ⁊ formicatione quadam stupida mēbrorum: lepraz inchoatam significat. Succurratur igitur anteq̄ confirmetur cum medicinis purgantibus humores adustos balneis humidis ⁊ cibis frigidis: vt dicemus suo loco. Dolor articulorum continuus vel periodicus cum inflatione venarum iuncturarum et motu difficili podagram vel cyragram minatur nisi succurratur cum purgatione flegmatis grossi vel cholere: et abstinentia a cibo superfluo ⁊ potu vini ⁊ vsu aceti ⁊ coitu omnino. Cum quis febrem leuem senserit ⁊ in comestione et somno ⁊ motibus aliquibus ⁊ coroporeis optime se habuerit: vel ꝑ consuetudinem vel circa id: tunc omnem medicinam postponat. Quoniam vt ait Galenus primo de interioribus. Natura nō indiget adiutorio medici: nisi cum morbo magnificato amplius natura sibi nequiuerit dominari.

¶ Hec de regimine sanitatis sufficiant.

Proemium primi libri.

Corpus humanum sanabile egrotabile: a nobis operabile per artem quod est subiectum artis medicine diuidit̄ur in stipitem et ramos. Rami quidem in brachia. manus. crura et pedes siue quibus omnibus aut pluribus vita nō potest aliquo mō perdurare. Stipes autez diuiditur in tres partes principales que ventres a medicis appellantur: et sunt ventres animalis spiritualis ⁊ venter naturalis sine quorum vnico vita non potest aliquo tempore perdurare. Scripturi itaq̄ in hoc libro passiones mēbrorum atq̄ remedia corporis singulorum ipsum in quattuor sectiones diuidimus iuxta predictas quattuor partes principales. Sectionem vero quālibet distinguimus per tractatus: quemadmodum que predictaruz partium per membra sua distinguitur quibus integratur. Et venter quidem animalis ex membris illis componitur que sunt a vertice cranei vsq̄ ad epiglotum. ex quibus omnibus precipuum est cerebrum: quare ipsius passiones in principio tractemus. Incipiētes igitur dicamus ꝙ passiones capitis famose sunt decem. Prima dolor. Secunda vertigo ⁊ scotomia. Tertia stupor subeth et congelatio. Quarta frenesis. Quinta litargia. Sexta vigilie. Septima permixtio virtutum sensitiuarum interiorū. Octaua epilepsia. Nona apoplexia. Decima incubus Cum autem dico caput: intelligo aggregatum ex cute carne duramatre cerebro ventriculis ⁊ eius cauernositatibus quorum cō pago per anathomiaz ab actoribus talis est apprehensa. Quoniam sub cute que est solida densa compacta pluscp̄ in alia parte corporis est craneum quodam subtili panniculo interposito supra connexum cranei fabricato. sub craneo est duramater panniculus solidus superficiei ipsius concaue vndiquaq̄ orbiculariter subductus ad defensionem cerebri propter casum vel percussionem. Sub duramatre est piamater totam medullam cerebri amplectens cum sit panniculus mollis et subtilis a quo postea alij ramificantur panniculi cerebrum anterius a posteriori distinguentes: necnō diuersos anfractus anterioris cerebri penetrantes et eius sectiones colligantes: quemadmodum pulpa colligit grana granatorum et fauus continet mel. Quapropter dictum est a medicis ꝙ ab hoc panniculo cum cerebro oriuntur omnes nerui: ita vt omnes nerui sensitiui oriantur a cerebro anteriori propter auditores qui a posteriori oriuntur a quo et omnes nerui motiui oriuntur preter neruos narium atque palpebrarum qui ab anteriori oriuntur cerebro actiui vero nerui ab vtroq̄ simul oriuntur

cum tactus sit sensus cōmunis totius corporis.cerebrum autem in se duas continet partes:substantia:loco ⁊ operatione distinctas scilicet partem anteriorē que sinciput dicit: et est mollis.alba.humida occupans frontē et verticem cranei fere totam: in cuius medio est pars cerebri candidior purior ⁊ nobilior intus concauitatem habens oblōgaz angularem quasi ad figuram quadranguli que ventriculus anterior nominatur. et est locus sensus cōmunis atq; fantasie que et imaginatiua dicitur:⁊ ab hoc ventriculo fere circa medium descendit via spaciosa trāsiens per mediuz palati que lacuna siue collatoriū appellatur per quam cerebrum anterius a suis superfluitatibus emundatur. Et cum hoc collatorio concurrunt duo foramina narium.propter quod anhelitus ore etiam clauso attrahitur ⁊ vnctuositates narium quandoq; per rasca tionem expuūtur. quare si collatorium illud accidat quādoq; opilari ex flegmate grosso ⁊ viscoso fiet anhelitus difficilis nisi ore aperto ⁊ post sonnum. Alia vero pars cerebri posterior que dicitur occiput.⁊ est dura subalbida quasi figure triangularis cuius basis est versus collum a quo oritur nucha replēs dorsi spōdiles:vt sit eius vicarius: quoniam ab ipsa nerui oriuntur:qui a cerebro posteriori non poterant deriuari propter ipsius paruitatem atq; distantiam a membris ne forte in via creparentur. Eius vero conus versus verticem est erectus: quoniam hec figura promptior est ad recipiendum ⁊ firmior ad retinendum:quod etiam necesse fuit ventriculo consimilis figure ipsius medio fabricato qui subseruit virtuti memoratiue ⁊ reminiscitiue. Est preterea quidaz transitus strictus longus ac rectus ab anteriori procedens ventriculo ⁊ tendens ad conum ventriculi dictiz vt species sensatas ⁊ fantasiatas veloci cursu traducant ad cameram memoratiuam ⁊ econuerso. Et hic dicitur medius ventriculus ad seruiendum virtuti estimatiue que in hominibus cogitatiua vel ratio particularis vel intellectus passiuus nuncupatur sagaci natura subtiliter fabricatus.

¶ Finis prologi.

¶ Incipit tractatus primus prime sectiōis: cuius sunt decem capitula.

¶ De dolore capitis.
Capitulum primuz.

DOlor capitis ab auicēna cōmuni noie soda dr ⁊ si totum caput occupet ouum vel cephalea vel galea appellatur. Sive ro partem capitis obtineat siue dextram:siue sinistrā:siue anteriorez:siue posteriorem emigranea nuncupatur. Sunt autē eius diuerse cause species ⁊ modi: sed quocūq; modo fuerit vel est morbus cuz fit per se inciptendo a sua causa ꝓmitiua antecedente vel cōiuncta:vel est accidēs cum fit sequendo morbū sicut vmbra sequit corpus vt dicit Gal.iij.de acidente ⁊ morbo. Et nō aūt species cause seu modi sic ꝑ̄ deprehendi⁊ ꝑprie simplices.nam de soda ex cā cōposita dicet cum de apostemate calido ⁊ frigido cerebri dicemus. Soda igitur cū est morbus:aut fit a cā intrinseca aut primitiua. Si intrinseca aut a mala cōplexione aut solutione continui. Ad mala nanq; compositio dolorem nō causat:vt dicit Gal.in tegni. Si a mala complexione: aut cum materia:aut sine materia. Si sine materia sic sunt tres species eius. Prima est a mala cōplexione calida,secunda a frigida.tertia a sicca. q̄si humida non pōt facere dolorem nisi cū materia. Si cum materia:aut ventosa:aut humorali. Si ventosa sic sunt due species:quia vel ventositas eleuatur ab humore frigido vel infrigidatur ab aere ⁊ vento frigido. si humorali sic sunt quinq; species. Prima est a sanguie.secūda a cholera.tertia a flegmate.quarta a melancholia.quinta a materia composita ex ijs q̄ variatur pluribus modis. Si a solone continui sic est vna species scilicet ex flegmate salso vel cholera rubea corrodente ⁊ vicerante duram ⁊ ptamma trem. Si a causa primitiua sic sunt due species scilicet ab aere cōmente vel a casu vel percussiōe. Si vero soda fuerit accidēs tūc iterum aut fit a causa primitiua:aut intrinseca. Si primitiua sic sunt tres species:vtpote vel ab aere:vel ab vento frigido:vel a sole et balneo calido:vel ex coitu et labore superfluo. Si intrinseca aut consequitur mor-

bum vlem aut particularem. Si vniuersalē sic fit vna species scz que fit in febribus cōtinuis ⁊ interpolatis hora crisis vl'hora maioris afflictionis. Si particulares: sic fiunt septem species. Prima que fit ex vitio stomachi repleti malo cibo vel potu vel humoribus corruptis. Secūda que fit ex vitio epatis. Tertia vitio splenis: quarta vitio matricis. quinta vitio renum. sexta vitio miracb: vel alterius membri exteriozis. septima vitio intestinorum: ⁊ eoruz que in eis sunt. Et sic in genere sunt. xxiij. species sode: que ad huc plures ptinet modos sub se prout dicet.

ze spēs Sode

Methodus.

Dolor cerebri si fiat a mala cōplexione diuersa calida: fine materia signa habet ista. Sentitur caput caliduz ad tactum: apparent oculi rubei ⁊ sentit infirmus agitationem intra craneum ⁊ pulsationem in temporibus. Et quia iuuatur a frigidis applicatis per exterius ⁊ nocetur a calidis. Et si fuerit ista caliditas a causa pmitiua antecessit expositio capitis ad solez vel ventum calidum. Cura eius est vt alleretur caput ad frigidum cuz inunctione olei ros. mixti cuz populeon. vel aqua ros. ⁊ aceto vel lacte mulieris vel papaueris vel cum succo lactuce semperuiue solatri ⁊ similium per se vel mixtoruz imbibendo in eis pānos lineos ⁊ ponendo actu frigidos super frontem ⁊ tempora frequenter: sed nequaq̄ tangatur pars cerebri posterioz ex eis scilicet occiput: quoniam naturaliter est frigida ⁊ nucha ⁊ nerui motiui inde oriūtur. Si vero fuerit a mala complexione diuersa frigida fine materia: sentitur caput ad tactum frigiduz iuuatur a calidis ⁊ nocet a frigidis: ⁊ forte antecessit ambulatio in aere frigido siue vēto boreali. Cura eius est vt caput ante cibū fortiter fricetur cum pannis calidis ⁊ facelletur cum puluere thuris ⁊ baccarū lauri cōtritarum vel cum semine nasturcij ⁊ sinapis postq̄ calida infusa fuerit in aceto albo fort: ⁊ post hoc in sacello calefacta super lapide ignito ⁊ roratocum eodez aceto ⁊ potest addi caruī. ciminum. anetum. Et in isto aceto remaneant semina. Olibanuz vero ⁊ bacce lauri conterantur ⁊ caput abluatur sepius in ieiuno cum vino albo veteri puro actu calido in quo ruta balusa ⁊ castoreum sint bullita. vel inungatur cum oleo laurino vel de lilio: ⁊ odoret res calidas aromaticas ante cibum: ⁊ stet in sole calido vel ad ignem in ieiuno. Et vtatur cibis actu calidis ⁊ virtute conditis cum speciebus aromaticis: bibat vinum vetus: purum vsu tamen moderato. Scias q̄ sinciput frequentius alteratur ad calidum propter sensus ⁊ spiritus ibi plurimos: occiput vero ad frigidum magis propter neruos ibi ortos. Si fiat a siccitate apparet concauatio oculorum et antecessit fluxus ventris per se vel per artem vel vigilie vel exercitium vel coitus: vel studium et solicitudo et narium et labiorum ariditas cum ardore aliquali. Cura est vt cibis impinguantibus proposse vt sunt iura carniuz edorum pullorum agnorum annalium conditis cum 33. cinamomo croco: ⁊ balneis humectantibus: vt est balneum aque dulcis tepide post cibum sico vel completa digestione prima fine mora in ipso ne fiat corp' euaporabile. Potest quandoq̄ vti piscibus recentibus petrosis conditis cum speciebus non acutis: sicut sunt nux muscato macis. 33. cinamonum gariofili. ⁊ crocus. Bibat sepe in ieiuno lac per duas horas ante cibum cum melle vel zuccara vel mica panis de similia: ⁊ proprie si sit consuetus ⁊ in ipso delectetur: ⁊ stomachus sit mundus: quia facliter corrumpitur in stomacho cacochimo vel plectonico: ⁊ in calido quidem ad fumosum: in frigido ad acetosum: quare tunc capitis dolorem inducit fursum gradatim vaporando: vnguatur ex oleo violaceo. Si fuerit ex complicatione duarum qualitatum sine materia: tunc adulterari videtur: quare cura componatur. Scias q̄ soda raro fit a caliditate fine materia simpliciter: ⁊ difficile est ipsam cognoscere non apostemari scilicet cum medicus procedit in cura cum solis alteratiuis predictis: ⁊ si non conferunt cognoscit q̄ est cum materia quare euacuatione indiget: vt dicetur. Si vero fiat a mala complexione diuersa cum materia ventosa sentit infirmus tinnitum in auribus ⁊ vertiginem ⁊ pulsationem fortem sine acuitate vel punctura in capite ⁊ scbotomiam. Et certum signum sode ventose est quoniam dolor mutatur de loco ad locum. Ista

Sig^m Sode Ventose

autem ventositas vel fit a causa primitiua: vel humorali. Si primittua tūc antecessit expositio ad ventum capite nudato. Et si ventus fuerit calidus odoret oleum ros. vel nenupharis ⁊ camphoram et ros. vel mala maciana: ⁊ faciem suam lauet cū aqua ros. Et faciat emplastrum ex rosis nenupharis ⁊ similibus. Et ponat de eisdē oleis inter nares ⁊ aures fiat sternutatio cum condito vel pipere. Bibat vinum granatorum vel berberis: vel vinū ponticum limphatus vtatur in cibis suis aceto vel agresta. Et si ventus fuerit frigidus: odoret castoreum et muscum sepius: caput vngat nares ⁊ aures cum oleo de castoreo vel spica nardi actu calido vel oleo cōmuni in quo dissoluta sint castoreum euforbium vel carui ameos ⁊ cimini ⁊ roret faciem amphion frequenter. Abluat caput in loco calido in ieiuno cum lixiuio acuto facto ex cinere quercus vel vitis: in quo salua calamentum ⁊ ruta maiorana flores camomille melilotū bacce lauri et similia sint decocta ⁊ fricet post hoc caput cū pannis calidis tempore longo: postea cum pectine. Meqz vadat ad aerem frigidum donec caput perfecte exiccetur. Si autem ventositas fiat a causa humorali quod scitur: quia non sint vento expositis tunc digeratur primo flegma grossum viscosum cōtentum in capite et stomacho vel intestinis (quia ab illis eleuatur vētus) cum oximelle composito vel squillitico. deinde purgetur de pillulis cochijs dando. ʒ.ſ. vel. ʒ.ſ. ⁊ ℈. cum itur dormitum cum sene. vel medicina de turbith que fic fit. ℞. turbith ʒ.i. duri bene mūdati. hermodactil. ʒij. ana. ʒ.℈. zuccare ʒ.ij. terantur omnia simul ⁊ detur totuz mane cum vino decoctionis ameos. anisi. carui cimini. vel piperis longi actu calidis. et tardetur cibus post ipsum quia tarde solutionis est et leuiter euacuat. Vel cum. ʒ. benedicte laxatiue: vtatur sepe post euacuationes dyatriumpiperum. dyagallāga. dyantiso vel dyacimino. Sumat in septimana semel stomacho ieiuno. ʒ.℈. tyriace veteris electe cum vino decoctionis predictorum: ⁊ cū eodem vino sepe gargariset et ipsum in ore teneat. Fiant sternutationes predicte masticet ante cibum masticem. piper. carui. cimi-

num. anisum. cum extinctione saliue. Sacelletur caput cum milio et sale torrefactis: vel cum orobo fenugreco furfure. ruta. salua. calamento. origano. serpillo. mentastro: pulegio contritis ⁊ bullitis in aqua ⁊ aceto forti. Deinde expressis diligenter ⁊ positis in saculo super caput actu calidis frequenter in ieiuno reiterando postq̄ factum fuerit abrasis primo capillis: vt virtus medicine penetret apertis poris. cum fricatione cum panno calido: vel sacelletur cum seminibus et pulueribus calidis positis in cura sode frigide sine materia. Et embrocetur cum vino parum calido dicto ibidem. Fiat ablutio cum lixiuio predicto semel in septimana et munctio cum oleis predictis vel cum oleo de mastice in quo bacce lauri sint contrite, vtatur cibis bonis conditis cum speciebus aromaticis calidis proprie cum pipere longo. nuce muscata cubebis ⁊ croco. Bibat vinum vetus potens vsu moderato: q̄ si non habeatur: limphet suum vinum cum aqua decoctionis gariofil. ⁊ piperis longi. Posset quandoq̄ fieri caput purgium cum succo rute vel calamenti iniiciendo narib⁹ cum instrumento. Si vero soda morbus fiat a mala complexione diuersa cum materia humorali: tunc vel est sanguis vel cholera vel flegma vel melancholia vel compositus ex eis. Si sanguis: signa eius sunt rubedo plurima faciei cum apparitione ⁊ repletione venarum: pulsatione timporum: saliua dulci sine causa manifesta somnolentia cuz apparitione fantasmatum rubeorum ⁊ bomicidij in somno: dolor acutus non valde qui augetur ab aurora vsq̄ ad prandium siue horam tertiam quod est tempus sanguinis et habitudo carnosa ⁊ antecessio ciborū multiplicantium sanguinem: sicut tura bona: carnes nobiles: vinum dulce. Et si vrina fuerit grossa rubea magis certificaberis. Potest autem sanguis peccare in capite: et alius humor in epate quare hora illa mutabitur vrina. Cura eius est vt primo fiat flebotbomia cephalice in brachio vel manu: si virtus ⁊ etas consentiant: vel ponantur ventose in in spatulis vel cum scarificatione longa profunda similiter super collo et super mento ⁊ super vertice capitis: prius ta-

men abrasis capillis diligẽter vel flebotbo
metur vena frontis: quia secundum ypo. v.
parti. amphoristno. Posteriora capitis do/
lentia recta vena incisa in fronte tuuat scili/
cet quando materia est sanguinea. Secun/
do laxetur venter omni die ante cibum cum
suppositorio vel clisteri. Tertio epithimen/
tur frons et tempora cum aqua ros. ⁊ modi/
co aceti vel succo solatri ⁊ semperuiue. vlti/
mo scilicet hora declinationis abluatur ca/
put aqua decoctionis aneti: florum camo
mille: ⁊ ros. rubearum. Et vnguatur cu
tis frontis cum oleo anetino: vel camomil/
lino vel vtroq; simul actu calidis abrasis ca
pillis. Scias q; in principio istius sode con
fert plurimum fluxus sanguinis narium per
se vel per artem productus cum setis porci/
nis. Libetur farre: farina ordei vel auene
lacte amigdalarum dulcium. lentis. lactuce
portulace. cucur. mica panis lota in aqua
frigida: vel vino granatorum. vtatur prunis
persicis: pomis: piris assis. Bibat aquam
decoctionis berberis vel aquam coctaz sim
plicem: vel aquam mixtam cum vino grana
torum: vel vinum album aquosum cum tri/
plo aque frigide. Si vero cholera sit in cau
sa: signa eius sunt facies citrina macra do/
lor pungitiuus vehementis acuitatis sine
grauitate que proprie augmentatur ab ho
ra diei tertia vsq; ad horam nonam quod
est tempus cholere et instantia vigiliarum
pulsatio timporum ⁊ apparitio fantasma/
tum: vel ignis ⁊ incendij in somno. Et ru/
bedo nasi cum caliditate ⁊ strictura siue hu
miditate plurima. Et vrina subtilis citri/
na et forte egestio tincta sicut vitellum oui.
Cura eius est vt in principio digeratur cho
lera cum oxizacara vel sirupo rosaceo. post/
ea euacuetur cum electuario de succo rosa/
ceo laxatiuo: vel cum pillulis de reubarba/
ro que sic fiant. ℞. reubarbari electi. ʒ. duas
masticis. ʒ. vnam. scamonee. ℈. vnum. for/
mentur pillule cum succo apij vel rubee vel
vino. Et fiant tribus diebus anteq; minis/
trentur. Dentur ex eis in media nocte.
ʒ. due. vel. ʒ. vna. Et aliam descriptio/
nem earum ponemus capitulo de catbar/
ro. Quod si pillulas recipere noluerit: licet
perfectius operentur circa membra remo/
ta. Tunc detur in aurora decoctio. ℞. ta/
marindorum vncias duas. manne vnciam
vnam. dissoluetur in libram semis aque de
coctionis prunorum et colletur. Et si eger
fit fortis: addatur mirabolanorum citrino/
rum tritorum perfecte: vncia vna. vel pur/
getur cum medulle cassie fistule vncijs dua/
bus vel vna vncia et semis dissoluta: cum
eadem aqua potest acui cum dragma vna
reubarbari puluerisati. Et si propter hoc
nõ curetur: flebotbometur cephalica vel fiat
ventosatio in spatulis fine scarificatione.
Similiter super collo et super mẽto propter
diuersionem. Preter illud vero super ver/
tice capitis abrasis capillis diligenter ro/
retur frons et tempora cum aqua rosacea et
aceto. et oleo rosaceo. vel nenupharino.
ponendo ex eis etiam intra nares septies
omni die: et fricentur extrema cum aceto
et sale. In statu vero caput emplastretur
cum floribus camomille rosa menta maiora
na coctis in aqua et contusis et incorpora/
tis cum oleo camomille et cum eadem aqua
embrocetur caput ab alto. Quod si hec om
nia non contulerint et dolor et vigilie egruz
ad defectionez perduxerint: applicentur pri
us narcotica leuia per exterius. ℞. olei ros.
vnciam vnam. opij. ʒ. ℈. aceti. ℥. ʃ. misceantur simul et calida inungantur circa fron/
tem et tempora cum penna. Et si hoc non
sufficit: dentur sero cum patiens cupit dor/
mire vel in mane trociſci qui sic fiant. ℞.
dyapapaueris vel filonij recentis vel cimi/
nate confecte infra sex menses. ʒ. ℈. opij gra
num. ʃ. et misce. Post hoc da bibere duo co/
clearia vini mixti cum tantumdem aque:
vt virtus medicine euaporet ad caput.
Post hoc purgetur iterum sequenti die
cum aliqua medicinarum predictarum:
vt cholera purgetur et medicine somni/
fere adijciantur narcotica si dolor creue/
rit ⁊ plura somnifera vtilia ad sodam pul/
satiuam dicemus capitulo de vigilijs ⁊ fre/
nesi. Post purgationem vtatur dyaprunis
simplici rosata nouella dyarod. abbat. ʒ. zuc/
cara ros. vel viol. Si autem hec non contu/
lerint: fiat remedium cuz cirurgia: quia for/
tissime medicine nouissime sunt adminis/trã
de. Fiant ergo cauteria in commissura capi

tis in occipitio sub duobus cornibus. vel fiat causticatio colli cum cantaridibus incorporatis cum dyaquilone vel fermento abscisis capitibus ⁊ alis donec locus vesicetur ⁊ humor attrabatur: tunc trabatur filus de lana vel serico per vesicam: ⁊ dimittatur stare donec plurima humiditas effluxerit. Et si vis vt causticatio non dilatetur: pone tunc circa pānos lineos infusos i aqua ros. et albumine ouī. Post septem vel nouē dies consolidetur locus cum vnguento albo vsitato. vel vnguento de ceruſa quod sic fit. R. cere frustratim incise. ℥.ſ. olei ros. ℥. quatuor dissoluatur primo cera in casola: addatur oleum tunc deponatur ab igne et addatur tantum de puluere ceruse donec inspissatus fuerit agitando continue cum spatula. tunc misce cum eis duo albumina ouorum postq̄ infrigidatum fuerit ⁊ addatur in fine aliq̄d camphore. Si vis fortificare: adde opij grana. xij. tusquiami grana vigintiquattuor pulueris corticis mandragore. ℥.ſ. hoc enim vnguentum ardorem reprimit ⁊ omnem vlcerationem consolidat siue fuerit ab igne siue cauterio vel melancolia adusta vel flegmate salso vel cho. vel a q̄ feruenti vel oleo. Dieta eius sit sicut in soda sanguinea: sed magis declinet ad frigida: quia calor cholere acutior est q̄ sang. vt dicit Gal. in lib. de mali. copl. diuerse. Simplicia itaq̄ frigida caput sua ꝓprietate respicientia ⁊ alias medicinas ad ipm̄ oncentia sunt viola. nenuphar. rosa. camphora. salix. cucurbita. granatum. solatrum. lactuca. sandali. mirtus. plantago. semperuiua. portulaca. Et est notādū q̄ ex his q̄ magis aromatice tate p̄cipant magis capiti cōferūt ⁊ appropriant: ex q̄b⁹ pñt cōponi medicamia alia p̄ter suprascripta huic casui ꝓuentētia. Si flegma sit in cā signa ei⁹ sunt frigiditas tipor̄ ⁊ capitis ad tactum dolor grauatiuus sine punctura somnolentia: pigritia. In morbis: debilitas oculorum quādoq̄ tinnitus ⁊ pulsatio timporum ꝓpter oppilationem plurimā: ⁊ apparitio fantasmatuz de piscibus de pluuia balneo aque frigide fastidium multitudo saliue ⁊ sputi ⁊ muscillaginis narī colo⁹ faciet subalbidus vel pallidus cum habitudine squalida auget dolor in nocte: q̄ est bora flegmatis. Et si vrina sit alba grossa egestio liquida non tincta verior erit significatio. Cura eius est vt digeratur flegma cum sirupo de sticados: qui dicetur capitulo de debilitate visus. vel oximelle composito. Purgetur cum pillulis cochijs vel yerapigra: postea fiat sternutatio cum pipere vel condisi: ynguatur caput cum oleo nardino vel de lilio vel de castoreo calido actu vel cum vnguento marciaton ad ignem vel solem. Fiat emplastrum supra caput abrasis prius capillis quod. R. prassij. rosarum ru. absinth̄. florum camomille. aneti. manipu. ſ. farine. fenugreci vel se. lini. lib. ß. conterantur omnia ⁊ bulliant in aqua. Deinde detur. ℥. ß. yziace veteris vel auree alexandrine vel dyacastorei vel metridati vel theodorici anacardini cum. ℥. ij. vini decoctionis garioſil. ⁊ fiat ablutio cū lixiuio supradicto C. de ventoso dolore capitis. dietet̄ dieta calida ⁊ sic in suis cibis vtat̄ petro. seni. et speciebus calidis aromaticis si febris non prohibeat. Si autē per ista non curetur: fiāt cauteria p̄dicta similiter ⁊ causticatio atq̄ scarificatio: quia si per medicinas curari potest: curabitur: ⁊ prohibeatur a somno superfluo ꝓprie in die ne cadat in subeth. Si melancholia sit in causa: tunc signa eius sunt frigiditas capitis ad tactum vigilie plurime cum cogitationibus corruptis ⁊ apparitione fantasmatum nigrorum in somno: vtputa de fumo. fuligine. ⁊ similibus. Color faciet plumbeus dolor cum plurima grauitate que multiplicatur ab hora nona vsq̄ ad occasum solis quod est tempus melancholie perfecte per adustionem: vel post occasum solis quod est tempus melancholie perfecte per congelationem vel congestionem. Sepius tamen est in nobis calidum adurens q̄ frigidum mortificans: vt dicit Gal. ij. de cōplexionibus. ⁊ paucitas superfluitatis oris ⁊ narium ⁊ vrina glauca subtilis ⁊ egestio fetida liuida vel plumbea. vel nigra. Cura eius est cura fere doloris eadē cum peccato flegmatis, preter q̄ purgatio debet fieri cum isto apozimate. R. mirabolanorū hebullorum indorum ana. ℥.ſ. turbith. ℥.ſ. sene thimi epithimi ana. ℥. semis pistentur ⁊ bulliantur in lib. ſ. aque. Sed in

sine decoctionis addantur sene et epithimum ⁊ non in principio: quia virtus eorum resoluetur. Detur de ista decoctione postq̄ collata fuerit ℥.quattuor ⁊ dulcorentur cum zuccara: detur ante diem per vnam horam dimittatur dormire super quousq̄ medicina fuerit excitata: tunc vigilet ⁊ moueatur paulatine donec tota virtus medicine fuerit consumpta. Et plura alia farmaca dicemus capl'o de perturbatione virtutum animalium sensitiuarum. s. de melācholia. Nō dimittatur solitarius nec habitet in loco tenebroso. Utatur solatio ⁊ gaudijs p posse: nutriat cibis hūidis sicut sunt iura carnium edorum pullorum agnorum annalium castratorum: vitet carnes bouinas. hircinas. ferinas quascūq. vinum rubeum ⁊ omnia generantia sanguinem grossum melancholicū que sunt duorum generum. Quedaz hoc faciunt sui substantia: vt lentes caules carnes bouine subfumigate: panis azimus: oua dura assa vel frixa. ⁊ similia. Quedam sui qualitate quod accidit dupliciter: quia quedam caliditate adurente: vt piper. allium ⁊ finapis ⁊ carnes ferine propte salite vel fricate. Quedam sui frigiditate condēsante: vt faba lactuca portulaca risum ⁊ similia. Et diligēter succurratur huic sode quia finaliter perducit ad passionem melancholicam. Si autem materia humoralis fuerit composita ex aliquibus predictis quattuor: vel cum omnibus equaliter seu cum dñto alicuius vel aliquorum. Tunc signa ⁊ cura erunt cōposita suo modo. Scias q̄ raro est reperire sodā vel morbum alium ex causa homogenea pura sed composita vt plurimum quod est propter hominum gulositatem ⁊ ciborū confusionem propter quod ⁊ humores generantur in corpore diuersi: quorum varietas calamo scribi non potest nisi modo generali ⁊ cōmuni. Si autem soda fiat a solutione facta cum ferro cyrurgicis derelinquo. Sive ro ab humore acuto corrosiuo sicut est calida vel flegma salsum: tunc si sit intra craneum difficile ⁊ impossibile est ipsam consolidare quia medicine non p̄nt applicari: sicut etiaz dicetur in capl'o de fluxu sanguinis narium. Et si curari p̄t: curetur in principio ⁊ ante confirmationē vlceris cum infrigidantibus sanguinē que dicentur eodem capl'o ⁊ caute rio in vertice profundato vsq̄ ad cōmissurā remanente longo tempore aperto. Si vero illud vlcus fit extra craneum curetur cuzvnguento albo vel de ceruſa supradictis. Sive ro fiat a casu ⁊ percussione sine vulnere cuius signa patent ex relatione infirmi. Tunc cura eius est vt in principio statim radātur capilli circa locum ⁊ vnguatur particula lesa cum oleo ros. ⁊ emplastretur cum puluere mirtillorum ros. mixtis cū aqua ros. oleo ros. ⁊ aliquantulo aceti ad repercutiendū materias ⁊ confortandum particulaz. Post ea flebotbometur cephalica partis contrarie vel mediana: vel fiat ventosatio in spatulis ⁊ cruribus. Si flebotbomia fieri non potest: fiat ventosatio. Et laxetur venter omni die ante cibum cum suppositorio vel clisteri facto ex aqua decoctionis viol. mal. foliorum altee. lib. ℈. olei cōmunis. ℥.iij. mellis ℥.ß. sal. ℥. ℈. furfuris. p. ß. Si venter sit stipticus emplastretur omni die locus cum oleo ros. mixto cum bolo. ar. san. dra. ter. sig. puluere mirtillorum. Nutriatur cum farina ordei vel farre vel lactucis. portulacis. Bibat ptisanam vel aquā zuccari vel aquam decoctionis berberis vel mirtillorum. In qua fit aliquid zuccare: vinum omnino vitet et carnes illa bora nisi virtus fit debilis: tunc vtatur carnibus alteratis cum portulaca lactucis cucurbita rapis. Bibat vinum ponticus limpbatum cum duplo aque frigide. et si sanguis exierit ab aure vel naribus: cibetur cerebro gallinarum edorum castratorum quia significat nocumentum peruenisse ad cerebrum ⁊ ipsum magis confortatur ex nutrimento cerebri q̄ alterius rei: quia simile membrum cōfortat simile: vt dicit auerroys v. colliget. ⁊ rab. in lib. diuisionum. ca. presenti. Et sic regatur donec locus securetur ab apostemate: tunc confortetur cum vnguento stiptico facto ex puluere mirrbe thuris. mastices. ana. mixtis cuz oleo de camomilla quod sufficit. Mā ista sunt calida: ficca ideo confortant particulam lesam ⁊ adequant eius complexionem naturalem ⁊ resoluūt reliquias materierum. Si autem boc mō non curaretur: tunc secure potest euacuari cum pillulis cochijs: iterum procedat cum alijs prius dictis. Si autem cū hoc craneū fuerit fractū vel cōcussuz recurrat ad cyrurgiā. Si

vero soda fuerit propter coitum superfluum vel exercitium signa sunt concauatio oculorum: palliditas faciei. Et certius signum est infirmi grauatio per dolorem allatim & dorsi vbi situati sunt renes. Cura eius est vt confortetur corpus cum cibis humidis nutritiuis: vt est caro pullorum edorum castratorum cum iuribus eorundem. pisces recentes petrini: oua sorbilia: vinum rubeum dulce: vnguantur nares cum oleo violarum: & renes cum vnguento impinguatiuo quo sic fit. R. olei violarum. ʒ. quatuor. cere. ʒ.ß. adipis anseris anatis vel galline. ʒ.ſ. dissoluantur omnia in casola et incorporentur perfecte: vtatur dyasatirion dyamusto electuario ducis et restauratiuo quod ponemus capitulo de sebrica. Bibat omni mane in ieiuno. lib. ß. lactis caprini recen. cum zuccara: vel cum mica panis. & non comedat desuper cibum alium per duas horas ad minus. Et hec de soda morbo.

De soda prout est accidens.

Soda prout est accidens si consequatur morbum vniuersalem signa habet ista. Quia aduenit cum feb. vel circa id: & augetur cum augmento febrium et remittitur cum remissione feb. Cura eius est repercutere materias fumosas cum epithimate facto ex aqua rosata & modico aceti: vel succo solatri: vel semperuiue: vel lactucis: vel lacte mulieris imbibendo in eis pannos lineos et fronti et temporibus ponendo actu frigidos cum reiteratione frequenti: quia defendit cerebrum a mala complexione actu calida et apostemate. Et plura dicemus capitulo de siti, et capitulo de vigiliis. et capitulo de freneſi. Attamen preter illic dicenda dicemus hic si rupum contra sodam sitim & vigilias in seque cum plurimum superfluunt: deijciunt virtutem. R. seminis papaueris lactuce portulace. cucur. aā ʒ.quatuor ſe. anneti ʒ. tres croci mirrhe. aā ʒ.ſ. iusquiami. ʒ. duas mandragore opū. aā. ℈. iiij. pfilij. ʒ. ij. succi liquricie cōtum volueris. pistentur et bulliantur in lib. duabus aque donec tertia pars fuerit consumpta: colletur & addatur zuccare. lib. ſ. sirupetur & detur ex ipso. ʒ.ſ. & ß. cum ʒ. iiij. aque frigide in estate vel calide in hyeme sero cum tur dormitum. Unguantur tempora et nares cum populeon distemperato cum oleo viol. vel ros. vel lacte papaueris: et in fine cibi vtatur piro vel citonio asso actu frigido. Et lenitatur venter omni die cum suppositorio vel clisteri lenitiuo: vt dicemus capitulo de bolismo. Et regatur prout feb. exegerit: et in declinatione feb. et sode embrocetur caput ab alto cum resolutiuis sicut est aqua decoctionis florum camomille melilloti semi. lini & aneti actu calidis. Fiat desup fricatio leuis assidua cum pannis calidis: donec caput perfecte siccetur. Si autem soda consequatur morbum particularē: tunc hoc fit vitio stomachi. Et hoc est vt plurimū vel vitio intestinorum vel epatis vel splenis vel matricis vel renum vel vesice. Si fit vitio stomachi hoc est tripliciter. vel ratione cibi & potus corruptorum in stomacho. vel ratione malorum humorum congestorum in ipso. vel ratione venenti assumpti. Si primum tunc signa eius sunt anteceſſio nauseatiue satietatis eructatio fetida fumosa vel acetosa angustia corporis cum reuolutione de latere super latus et insomnietas et apparitio fantasmatum plurimorum terribilium in somno: & prostratio appetitus cum nausea & fastidio. Cura eius est vomitus vt dicemus capitulo de bolismo capitulo de empericis. et inunctio stomachi cum oleo mastices et nardino ad ignem calidum ante cibum: vtatur electuarijs calidis. dyagal. et dyatriumpiper. electuarijs ducis et similibus. Quod si vomere non posset proposse dormiat sine cibo donec digestio perficiatur: & si dormire non potest: ambulet leuiter et sine quiete donec tota die cibus vel digeratur vel ad intestina descendat. Emplastretur stomachus cum calamento abſinthij. ros. anisi caruī. cimino mastice. mirrha. aā. bullitis in vino rubeo stiptico: et expressis perfecte et positis super os stomachi actu calidis cum reiteratione frequenti postea in frigidatum fuerit. Vel fomentetur cum filtro recenti infuso in aqua calida decoctionis earundem rerum. Et si eructatio fuerit fumosa: vtatur rosata nouella vel dyaro.

abbatis vel zuccara ros. Et si crapula per se non exierit: educantur cum medicina vel clisteri. Et fiant omnia que dicentur capitulo de debilitate digestionis. Et capitulo de cura feb. essimere ex nauseatiua satietate ij. lib. de eructatione. ⁊ capitulo de vomitu si vomitus vel eructuatio superfluxerit. Si autem ratione vini vel alterius potus superfluentis in stomacho inebriantis vel non inebriantis: tunc signa trabuntur ex narratione infirmi. Et eius cura est vt fiat vomitus ⁊ inducatur proposse somnus vt epitbimetur frons ⁊ timpora cum aqua rosa. ⁊ aceto vel succo solatri vel semperuiue. Et iaceat ⁊ quiescat in loco obscuro capite bene eleuato super cerucali molli. Vtatur repercussiuis ebrietatem prohibentibus: sicut est magnus haustus aque frigide vna hora simul: ⁊ vinum granatorum: ⁊ aqua decoctionis berberis. Post somnum et digestionem balneetur ⁊ sudet et laboret in ieiuno: nec comedat donec tota crapula consumatur et appetitus redierit. Medicamen tamen expertum ad ebrietatem prohibendam est comedere cepas cum aceto vel coriandrum cū zuccara ⁊ aceto vel odorare camphoram et sandalos vel bibere aquam frigidam cum aceto sicut econuerso medicina facies ebrietatem subito est potus aque decoctionis tusquiami nigri cum cortice mandragore donec rubere ceperit siue per se sumatur siue cum vino. Si autem soda fuerit ratione humorum congestorum in stomacho: tunc signa ⁊ cura eius trabunt ex capitulo de indigestione ⁊ debilitate stomachi. verumtamen ex distinguentibus oportet addere duo signa. Primum est soda facta vitio stomachi et proprie declinans ad partem capitis anteriorem scilicet frontem ⁊ timpora. Secundum est ꝙ si cholera peccauerit: tunc dolor magis infestat post ⁊ est permixtus ex acuto pūgitiuo et repletiuo grauatiuo. Si autem fuerit ratione veneni bibiti statim succurratur: vt dicemus capitulo de syncopi cū vomitu et tyriaca veteri. vt de venenis libro secundo. Si vitio intestinorum tunc accidit vitio vermium vel humorum putridorum in ipsis. Signa eius sunt facies tenebrosa pallida fetor oris et pruritus nasi cōcaultas oculorum multitudo comestionis cum egestione modica et habitudine corporis macra. Et sentiuntur quandoqꝫ egredientes vermes cum secessu et quandoqꝫ cum vomitu: licet non generentur in stomacho sed in intestinis tantuz: vt dicitur ꝗnto de accidenti. vel in ano propter stomachi nobilitatem et eius necessitatem pro toto. Et accidit ista passio vtplurimum pueris gulosis proprie in autumno propter vsum fructuum plurimorum. Cura est abstinentia a rebus dulcibus vnctuosis ⁊ vsus aceti et agreste: ⁊ nucleorum persicorum: et amigdalarum amararum: quia sicut dulcia sunt materia vermium sic amara interficiunt eos. Et si eger sit infra decimumquartum etatis sue purgetur cum vncia vna ⁊ semis vel cum vncijs duabus cassiefi. dissolute in vncijs quatuor aque feruentis: colletur et detur ante diem vt intestina lubricando mūdificet. Vel fiat clistere lenitiuum cui addatur aliquid yerepigre vel benedicte laratiue. Si autez sit iuuenis vel senex purgetur cum eisdem vel pillulis cochijs: vel cum medicamine de turbith dicto in principio capli. Ungatur totus venter cum succo absinthij mixto cum aloe agarico et aceto vel oleo amigdalaruz vel nucleorum perficorum. Et fiant omnia que dicentur capitulo de colica ex vermibus. Si autem soda fit vitio epatis: tunc signa eius sunt dolor declinans ad partem capitis dextram cum tensione et dolore aliquo ypocundrij dextri: opilatione epatis: vrina subtili subcitrina vel rubea clara. Cura eius est flebotbomia basilice in brachio vel manu lateris eiusdem et epitbima epatis cum aqua rosa. ⁊ sandalorum et modico aceti et aliis rebus prout materia opilans requirit: de quo dicetur capitulis de debilitate et opilatione epatis. Epitbimetur frons et timpora cum frigidis sepedictis. Si vitio splenis signa eius sunt dolor declinans ad partem capitis sinistraz cum dolore et tensione ypocundrij sinistri. Cura eius est flebotbomia basilice brachij sinistri vel sopbene pedis sinistri que est intus in tallo vel saluatelle pedis sinistri: que est inter anularem et auricularem. Et positio emplastri de opilatiuis supra splenem quod dicetur capitulo de permixtio-

ne virtutum animalium. E. de empericis. et capitulo de opilatione splenis. per totuz et positio repercussiuorum circa frontem et timpora sepedictorum. Si vitio matricis signa sunt dolor capitis inter frontem ⁊ commissuram que est in vertice cranei ⁊ antecessio retentionis menstruorum vel abstinentie a coitu: dorsi dolor ⁊ spatularū prout patiens tibi refert. Cura eius est eadem cum cura sode de vitio splenis. Si ex renibus signa sunt dolor capitis declinans ad posteriora. scilicet ad occiput ⁊ grauitas circa alzatin ⁊ circa locum renum in fine dorsi: et forte anteceſſit coitus superfluus prout patiens referet. Cura eius est ficut cura sode de vitio epatis si fit cum materia vel sine. Cura eius data est supra. C. de soda propter coitum. Soda mirabea si fiat vitio membrorum exteriorum a quibus quodāmodo eleuatur materia fumosa q̄ sursum ascendens ad caput percutit cerebruz. Tūc signa eius sunt: quia sentit eger quedam eleuari a membro illo: puta coxa crure vel mirabo. Post illud sentit vertiginē vel dolorem in capite: ⁊ forte cadit ⁊ fit epilenticus. Cura eius est ficut catbalceptie que dicetur capi. de epilentia.

Emperica. Ad oēm dolorem cronicum capitis perdurantē maxime confert cauterium cum ferro ignito in vertice capitis profundatum vsq̄ ad craneum vbi est cōmissura recta concurrens cum cozonali versus frōtem ⁊ lauda versus occiput: quia materiam resoluit ⁊ malā complexionē cerebri rectificat ⁊ adequat. Si dimittatur apertum vno mense ante q̄ consolidetur: vel causticatio colli cum cantaridibus: vt dictum est in methodo. Item ad sodam cuius causa est ignota confert embrocatio cum aqua decoctionis florum camomille melliloti aneti viola. ros. seminis lini salicis ⁊ furfuris collata actu tepida effusa ab alto: quia resoluit: repercutit: confortat ⁊ quietem inducit. Similiter et emplastrum factum ex eisdem super frontem ⁊ timpora frequenter. Quod si voluerit somnum prouocare: adde corticez papaueris fol. vel se. lactuce solatrum semperuiuā. Et si magis adhuc adde semen iusquiami et corticis mandragore. Sed post ista stupefactiua in crastino embroca pure resolutiua ne cerebrum noceatur. Item vnguentum Ro. Mesue in suo de appropriatis ad sodam calidam. ℞. olei ros. et viol. cum pauco aceto et agreste succo ⁊ modico camphore contunde donec impinguescat et capiti frigidum appone ⁊ fac ipsum odorare aquam ro. ⁊ nares intingere proposse. Item masticatorium ℈ eundem in soda flegmatica eradicans eandem materiam cum sputo ⁊ saliua. ℞. mastices ⁊ thuris. p. ij. piperis piretri. p. j. cere quod sufficit. informētur pille mastices tur diu in ore ⁊ expuatur. Item gargarisma ad idem secundum eundem. ℞. oximellis compositi vel squillitici. ℥. ij. yerepigre. ℥. ß. misceantur cū aqua decoctiōis ysopi organi piretri sinapis ⁊ similium. vel gargarisetur sinapim conditam cum melle et aqua calida et odoret castoreum et muscum cinamomum. Item embroca ad sodam calidam pulsatiuam. ℞. ros. viol. nenupha. foliorum salicis foliorum vitis albe foliorum maluarum. seminis cucurbite cucumeris aut corticis eius ordeum excorticatum psillium. semina lactuce portulace omnium ana. decoquantur in aqua vsq̄ ad consumptionem quarte partis que ab alto fundatur super caput cum canella vel spongia plena sero cum fuerit dormitum si non timeas catbarrum. Si autem fit cum pmixtione vel mania multiplica psillium ⁊ semina predicta. Si vero cuz vigilijs ⁊ insomnietate multiplica semen papaueris et corticis eius. In fine vero gratia resolutionis adde seminis lini: seminis altee: florum camomille melliloti fiat embrocatio sicut pri? Similiter ⁊ manus et pedes et facies ⁊ crura cum ea lauentur: quoniā accidentalem calorez totius corporis extinguunt ⁊ materias resoluit ⁊ inducit quietem. Ad sodā frigidā confert linimentū ex oleo irino ⁊ laurino aut nardino. Et si fortius facere volueris: cōforta virtutem eoꝝ cum costo castoreo ⁊ euforbio ⁊ pipere puluerisando aliquod eoꝝ vel oīa ⁊ dissoluēdo in'eis. Vel dissolue aliqd tyriace veteris vel metridati ī eisdē oleis vl' in succo mēte ⁊ suppone' exptū est. Et si isomnietatē patiē: adde mirrbe opij aā. Cōfer etiā sode frigide emplastrū ex fimo colūbin

saulna baccis lauri orig.aneto coctis pista/
tis ⁊ incorporatis cū aceto multe fortitudi/
nis vel succo absinthij. Confert etiā ⁊ pro/
prie post vltimā purgationem odor pomi
facti ex caltoreo rutha ficca ⁊ storace cala/
mento ⁊ garyofil. aā.per se cōficiendo cuz
glutino dragaganti:quoniam odor aroma
ticoꝝ vsu moderato in corpore mundo cere
brum calefacit ⁊ pfortat ⁊ refiduuz sode re
mouet. In corpore vero cachochimo vel in
corpore nō mundato si vsus eorum fuerit nō
immoderatus:replet cerebrū vaporibus cū
odor nō sit fine fumali euaporatione ꝑm ari
stotelem. Itē pillule ioannis mesue in suo
de appropriatis ca.de soda frigida ꝓferen/
tes sode antique ⁊ educētes humores gros/
sos graues ⁊ conferentes sanitati oculorum
et aurium abscindētes catharrū sic fiāt. ℞.
colloqntide turbith aā.ʒ.iiij.agar.ʒ.iij.stica.
ʒ.ij.scamonee.ʒ.iij.⁊ ℈.spice squinanti xilocas
sie xilobalsami:carpobalsami azari ro.viol.
epithimi absinthij cinamomi croci masti/
cis aā.ʒ.j.aloes cicotrini ⁊ optimi ad pon/
dus omniū conficiant cum succo absinthij.
Item pillule de mastice ꝑm eūdem mundi/
ficantes caput ⁊ stomachū:⁊ accipiunt om
ni tēpore ⁊ ante cibū ⁊ post. ⁊ cū itur dor/
mituz sic fiāt. ℞.al.subtil.ʒ.viij.masticis ro.
zinz.aā.ʒ.iiij.turbith.electi.ʒ.x.confice vt ꝑ.
Dosis earū est a.ʒ.ij.vsqꝫ ad.ʒ. iij. Item ad
emigraneam frigidā difficilē ⁊ cronicā. ℞.
baccarum lauri.p.j.olibani.ʒ.℈.tere.⁊ misce
cum aqua vel oleo.⁊ linias superlocum: vt
dicit Abeꝝ.auctoritate Ypocra. Et alij ad/
dunt foliorū rutbe.p.j. sinapis.p.℈. confice
vt prius. Ad emigraneā calidam difficilem
confert linimentum super locum qō fit ex at
tramento ficco trito ⁊ dissoluto cum aceto
multe fortitudinis⁊ octaua pte opij. Opor
tet autem vt plurimū elaboretur in contri/
tione sicut per diē vnum. Et liniantur tem
pora ex eo ⁊ strīgatur super ipsa. Alij acuūt
hoc linimentum addendo succi agreste et
mirrhe aā.ʒ.j.et croci. ℈.j. gratia penetra/
tionis. Confert etiaz sode calide caput pur
gium ex lacte mulieris cum modico cāpho/
re. Si necessitas postulauerit:;adde opij
quantum de campbora.⁊ distilla ex eis in au
rem ⁊ narem lateris lesi ⁊ distilla deinde
oleum viol. post/boram cum lacte mulieris
donec nares ⁊ aures emundentur ⁊ medici/
na educatur. Latius autem de soda scripsi/
mus:quoniam eius cura non solum per se
est necessaria:sed stomacho ⁊ pectori plurī/
ma sunt hic dicta quibus per totum vtetur
hoc opus.

Canones.

Soda cum fe. vel sine fe.raro est morbus plurimum vero accidens ꝓpter passiones stomachi ⁊ intestinorū: propter quod Auic.j. can. fen.iij. ca. de cognitione egritudinum per colligantiam ait. Cerebrū compati stomacho est vt multuz:;stomachū vero compati cerebro est per parum. ꝓpter quod caput esse caminum totius corporis dr. Ex hoc sequitur altus canō. Quod in cu ra sode nibil melius est q̄ lenificatio vētris omni die cum suppositorio vel clistere si per se non obedierit omni die bis ad minus.
Cum autem est accidens fit maxime pro/
pter fe.cholericas vel flegmaticas quarum
causa antecedens ⁊ cōiuncta in stomacho ⁊
intestinis continetur vel venis meseraicis.
Item in soda nil repies magis nociuū q̄ coi
tum ⁊ ꝓpie super cibum: nisi fuerit ꝓpter
retentionem spermatis vel menstruoꝝ tunc
namqꝫ confert coitus vsu moderato factus:
neqꝫ illico super cibum. Item vsus ciborū fu
mosorū nocet ⁊ ꝓpie in fine comestionis:si
cut sunt brodta piperata.allia.cepe ⁊ vinum
potens ⁊ electuaria calida quare sunt cali/
da sumēda in principio cibi:sed in fine frigi
da:vt sunt pira vel citonia assa vl' poma odo
rifera. Item lac nō ꝙuenit in soda:nisi forte in
calida vel ficca fine materia:vt dictū ē in me
thodo:qz lac est de numero facil' corruptibi
liū. In stōacho eīm calo ꝙuertit ad fumosuz
⁊ inducit sodā calidā pulsatiuā. Sz i frigido
ad acetosuz ⁊ inducit frigidā grauatiuā. vñ
Ypo.in.v.amp̄. Lac dare caput dolētib'⁊c.

Pronosticatio.

Dolor capitis si supuenerit in fe. ꝓtinua et
ꝓpe acuta i die cretica post signa digōnis p
fectā crisiz significat.p fluxū sā.narium vl' vomi
tū vl' sudorē:q̄re nō appōant repercussiua sup
caput ne crisē impediat:sz suspēdat eger cum
blāditijs vsqꝫ ad horā crisē. Et si appuerit si
gna cri.ꝙo.puta tremor labij inferioꝝ subuer

flo animi: ⁊ vertigo tuuet cū pōne digiti vel pēne intincte in oleo in pfundum gule. Si ꝯo apparuerint signa crisis p fluxū san. nariū: puta apparitio fantasmatū rubeoꝝ circa oculos cū obtenebratione visus ⁊ grauitate capitis ⁊ rubore faciei ⁊ surditate auriuꝫ prouocetur cum pōne sete porcine inter nares vehemēter cōprimendo. Si signa sudoris appareāt: puta calor cutis frontis cū humiditate rozida. Detur pot⁹ magnus iulep ⁊ aque zuc. actu calida ⁊ tegatur pānis calidis et vaporetur aqua calida posita in vas: aliquo sub tegmine ⁊ fomentent̄ latera et venter cū vesicis plurimis repletis aqua calida. iuxta Ypo. in amp̄ b̄. Ubicunq̄ natura repit ⁊c. Attende si natura per se crisim complere potest nihil fiat p̄m illud ibidem. Ea quoꝝ crisis fit ⁊c. Neq̄ iuuanda est natura anteq̄ via crisis certificata fuerit: ne forte intendas ad aliam regionez a natura. Item soda superueniens in fe. acuta in die indicatiua puta. iiij. signat crisim in die crettica puta. vij. Et si virtus sit fortis ⁊ signa digestionis perfecta sit salubre: finaut̄ mortale. Itez dolor capitis si perseuerauerit in latere vno ⁊ ceperit oculi obtenebrari: cataractam vel telaz araneam minatur: ⁊ demū cecitatē. Succurratur ergo cū purgantibus ⁊ alterantibus ⁊ cauterio ⁊ subleuetur arteria et cauterizetur. Itē soda si perseuerauerit neq̄ rationalia contulerint remedia: frenesim vel manīam minatur. Si fit acuta pulsatiua vel subetb vel litbargiam vel apoplexiam si fit frigida grauatiua. Item emigranea in parte anteriori capitis est vt plurimū a causa calida in posteriori a frigida. Item soda calida est vt plurimū transiens frigida proprie perdurans ⁊ proprie cum materia plurima grossa aut viscosa. Itez emigranea difficilioꝝ est atq̄ periculosioꝝ cepbalea: quonia onus integruz grauius premit se diuiso quare plurimum ducens est ad perniciem si perduret. Item in emigranea ⁊ proprie calida pulsatiua sudor capitis exuberans vel fluxus sanguinis, ex nare eiusdem lateris superueniens tollit egritudinē quemadmodū ⁊ in fe. vomitus voluntarius et spontaneus vel fluxus ventris dicetur cōferre. vnde ypo. vi. amphi. cap̄. dolenti et circū dolenti sanies aut aqua aut sanguis defluens p̄m nares aut p̄m aures: aut p̄m os aut p̄m oculos solui egritudinez. Item ibidez. Quibuscunq̄ sanis dolores repente fiunt in capite ⁊ continuo sine voce fiunt ⁊ stertunt in septez diebus pereunt si fe. non accipiat eos. ratio: q̄ isti sunt vere apopletici cum in se babeant tria signa apoplexie: scz dolorem capitis subitum: ⁊ carentiā loquele: vel maliciam animalitus quare suffocantur a materia plurima nisi fe. eos excitet et resoluat ⁊ proprie acuta spontanea vel per artem introducta. Idez particula septima. in plaga vel percussione in capite stupor aut desipientia malū supple siue percussio sit cuz vulnere siue cū concussione sola: quia significat nocumentū cōmunicatū esse substantie cerebri ⁊ ventriculis eius. Itē quarta amp̄ b̄. Quibuscūq̄ vrine in febribus conturbate ⁊ conuerse velut ⁊c. quia in fe. vrina grossa turbulenta agitationem ⁊ ebullitionem diuersoruz humoruz signat fumantiuz ad caput. Quare succurratur cuz repercussiuis circa frontē ⁊ tempora. Item si cerebrū fuerit lesum: ⁊ concussum ex casu vel percussione necesse est fieri vomitum ⁊ cum defectione propter cordis ⁊ oris stomachi cōpassionē ⁊ proprie in corpore cholerico in tēpore ⁊ etate ⁊ consuetudine cadentibus. vnde ypo. sexta parti. ap̄ b̄. Quibuscunq̄ cerebrum sursum conuertitur necesse est feb. ⁊c. Itē si ex percussione vel casu ledat cerebrum necesse est accidere sincopin vel apoplexiā per tempus aliquod donec cerebrum reconfortetur quare non conuenit vt mortui iudicentur nisi post tertium diez. Unde ypo. vij. par. amp̄ b̄. Quibuscūq̄ cerebrum motum fuerit ex aliqua occasione necesse est fieri sine voce statim. Item in cephalea ⁊ emigranea forti pulsatiua seu alio dolore corporis quocunq̄ si subito dolor decrescat nec sentiatur non presente aliqua rationali alleuiatione scz per fluxum sanguinis narium vel sudorem vel vomitum vel egestionem vel diminuta existente atq̄ imperfecta: mortale: quonia cerebri lesionem ⁊ virtutis animalis defectionē siue destructionē demonstrant. vnde ypo. vi. amp̄ b̄. Quicūq̄ dolentes aliquid corporis plurimum dolorem non sentiunt: ijs mens egrotat. Item in. vi. vesicam incisam aut cerebrum: aut cor aut dyafragma. aut epar: aut renes: aut ali-

quod intestinorum gracilium aut ventrem ꝛ stomachum mortale et supple matricem splenem.

¶ De vertigine ꝛ scotbomia.
Capitulum secundum.

VErtigo ꝛ scotbomia est cum videt homini ꝙ omnia voluantur in gyrum. Et si fuerit cum fixione corporis: dicitur vertigo Si vero cuz casu ipsius super terraz dicit scotbomia: et sic patet ꝙ he due passiones necꝫ differunt causa: necꝫ substãtia formali: sed solo gradu. s. fm magis ꝛ minus. Sunt aũt quandoqꝫ morbus: quãdoqꝫ accidens sicut est dolor capitis: morbus quidem cũ per se ꝛ imediate a sua causa procedit. Accidens cũ morbum consequitur.

gratia. De memorativa vt senes qui pauco rum in breui tempore recordantur. Ablata vero dicitur cum operatio virtutis omnino tollitur velut nihil imaginās: nihil estimās: ⁊ nihil recordans. Corrupta dicitur quando aliter fit q̄ debeat ⁊ deceat. verbi gratia De imaginativa vt Gal. ibidem exemplificat de thesilio qui egrotās putabat bystriones ⁊ buccinatores circa lectum stare quos iussit expelli subito: q; caput suū ledebāt: et sic imaginativa fuit corrupta sed estimativa sana verbi gratia. De estimativa: vt si q̄s proiiceret vasa extra domuz ab alto nesciēs per hoc ea rumpi. verbi gratia. De memorativa: vt si quis memorare tur petri ⁊ putaret recordari marcū. Sed procedendo vlterius dicamus q̄ frigidum cū fit cum materia vel sine materia est causa īmobilitatis ⁊ quietis ⁊ ingrossationis: quare fit causa actiōis lese diminute vel ablate quādo dominatur in ventriculo cerebri deseruienti virtuti lese vel ventriculis pluribus simul: quia ingrossat ⁊ figit spiritus animales: vt libere non possint moueri: neq; species deferre rerū ab organis sensuum quinq; exteriorū prout illi virtuti congruit ⁊ eius operationibus. Ecōuerso causa calida siue sit cū materia siue sine materia est causa furoris motus ⁊ agitationis: quapropter est causa actionis lese corrupte quādo dominatur super ventriculum vel ventriculōs deseruientem vel deseruientes virtuti vel virtutib⁹ lesis actiōe corrupta. Ex dictis igit cognoscere potes que virtus sit lesa ⁊ q̄ ps cerebri sit discrasiata: ⁊ q̄ qualitas vel materia sit in eā p q̄ maxime iuuaberis in cura talis passionis. Actio aūt lesa imaginatiōis ⁊ fantasie cū sit siue diminuta siue ablata: siue corrupta vnū nomē cōe recipit ꝑm medicos. s. corruptio imaginationis Eodē modo actio lesa memorie ⁊ reminiscētie dr cōi noie obliuio. Actio vero lesa virtutis estimative siue cogitative siue cognitiue qō est idē sortit noia diuersa: q̄ lz apud diuersos scribētes diuersificentur. Nos tn̄ penes mentē Aui. put cōcipe possum⁹ sic noiamus. Maz si sit actio diminuta vel ablata q̄ nō differūt nisi sicut magis ⁊ min⁹ dicit talis passio cōi noie melia q̄ postea bz duas spēs sub se. Quarū prima est stolliditas siue amentia siue infantilitas: siue fatuitas que idem sunt. Secunda vero est melancholia q̄ nomen generis sibi vsurpauit ꝓpter diuersos modos quos sub se cōtinet: vt infra dicetur. Si vero sit actio lesa corrupta: sic dicit cōmuni nomine mania: et habet duas spēcies famosas: lz numero sint plurime. Prima dicitur ꝓmixtio rationis siue alienatio. Scōa mania canina siue demoniū lupinū. Cognitis igitur causis ⁊ subiectis ⁊ numero istarū passionū que sunt sex. Prima corruptio imaginationis. Scōa obliuio. Tertia amētia. Quarta melācholia. Quinta ꝓmixtio. Sexta mania canina ⁊c.

Methodus.

Signa corrupte imaginatiōis in cōi sunt ista: q; imaginat q̄ nō est: ⁊ videt et q̄ videat res coram se q̄r non sunt: ⁊ debilitat imaginādo longo tpe nec; apparent ei somnia ⁊ visiones nocturne vel parum apparent ⁊ cito labuntur ab ei⁹ memoria. Si autē cholera fit in causa tunc cum predictis erunt vigilie ⁊ motus et instabilitas omnino. Si flegma erit somnolentia pigritia et humiditas oris et narium. Si melancholia erit oculorum siccitas et aurium ⁊ nasi frigiditas sine superfluitate viscosa. Et cura eius est si cholera fit in culpa: vt primo fiat flebotomia cephalice in brachio vel in manu: quia cum sanguine educit cholera ei cōmixta. Deinde cōtinue infrigidet frons icū aque ros. partibus. ij. et aceti parte vna mixtis simul infundendo pedas in ipsis vel epithimetur cum oleo nenup̄. ⁊ oleo ros. vel viol. vel de salice addendo parū aceti propter penetrationē. Et si cholera aduista sit ⁊ vigilie fortius superfluant: ponatur granum vnum opij vel aliquid mandragore in p̄dictis donec virt⁹ in ea trāseat et euacuet sicut infra de melancholia dicem⁹. Si vo flegma sit in culpa det digestiuū primo. s. oximell. simplex vel cōpositū cū decoctiōe rerū ducentū sirupi virtutē ad caput ex q̄b⁹ sunt sticados flores camomille nux muscata. Deinde purgetur cum pillulis cochijs aureis aut yerapigra. fiat gargarisma ex oximelle cōposito vel squillitico cum decoctiōe finap̄. vel ysopi. Utat aurea alexādrina tyriaca vl dyaspiris. vltimo fomētet caput cū decoctione florū camomille aneti ⁊ melilo-

ti ⁊ fricetur cū panno calido ⁊ vnguat qñq; cuz oleis calidis famosis:filr ⁊ balsamo. Si vero melancholia sit in culpa siue sit adusta siue non: fiat sicut dicetur in isto cap̄. C. de melancholia.⁊. C. de mania cantina. Et accidit in quibusdā ꝓpter corruptionē ymaginationis:filr ⁊ ꝓpter corruptionez virtutis estimatiue ⁊ memoratiue vt in somno apparēt eis fantasmata adeo fortia vt virtutes sensitiue interiores ex ipsis excitate excitent virtutes motiuas voluntarias quare surgūt ⁊ operantur opa vigilātiuz.⁊ ipsius cura est vt fiant oia que dicta sunt ⁊ dicenr ꝑ totum capr̄m.qz istud ꝓcedit ex corruptiōe oīm virtutū simul: lz maxime ex corruptione ymaginatiōis q̄re ymaginanr se vigilare ⁊ indutos esse ⁊ in talr ⁊ i hoc loco esse cū ita nō sit. Et q̄busdā accidit vt mingāt i lecto cū ymaginanr se esse in loco micture. vñ in hoc ꝑticipuū est remediū vt ꝛberenr cū virgis i somno filr ⁊ post: qz ꝑ hoc virtꝰ memoratiua reponēs spīm doloris ītra se refrenabit ymaginatiuā ⁊ estimatiuā ab actionibus ꝑdictis.

Oblīnio. Signa oblīuionis in cōi sunt quia patiens nullꝰ recordar vel debilr ⁊ puo tpe: ⁊ fit vt plurimū ab humore flegmatico dñante postreme cellule q̄re fit cuz hoc somnꝰ ꝓfundus pigritia⁊ grauitas. Fit etiā qñq; ab humore melācholico tbi dñante: ⁊ tūc difficulter imprimunr memorie spēs ⁊ fit insomnietas ⁊ res ꝑterite melꝰ cōseruātur q̄ ꝑsentes vel de ꝓpinquo facte. Et est cura eius si fiat de flegmate vt fiāt oia dicta ca. subetb. verūtn cōuenīs est vt vltio fiat cauterīū in parte posteriozi vsq; ad craneū cuz ferro vel veficatio cū cantaridibꝰ vel cū calce viua arenico ⁊ filibꝰ dictis ca. de litbargia. Si aūt melīa sit in cā inducar somnꝰ ⁊ ꝓposse gaudium ꝑ medicias somnifer as dictas ca. de supfluis vigilijs ⁊ cōedat sepe dyapapauer. Mūdificer cū geralogoð. vel apozima te facto ex sene tbimo epitbimo polipodio in quo dissoluta fit. ℨ. s. cassiefi. mūdate ⁊ impinguer corpꝰ eius ꝓposse: q̄propter cōuenit vt bibat vinū clarū limpbatū ⁊ sozbeat iura pīguiar pultes bumectatiuos ⁊ carnes agnoꝝ ⁊ edoꝝ ⁊ pulloꝝ ⁊ vitella ouoꝝ sozbilium: vtar ex olerib⁹ fenicl'o borragine buglossa spinargijs ⁊ bletis. Et ðz q̄ ebrietas eis cōfert facta semel oī mense: qm̄ ipoꝝ cerebrū mūdificat ⁊ bumectat ⁊ ꝓpte p̄missa vsi purgatione vt ait auic. ꝑmo can. fen. tertia ca. de regimīe vini ⁊ aq̄. C Amentia. Signa amētie siue stoliditatꝫ sūt q̄ desiderat esse cuz pueris ⁊ ridet de rebus q̄s facit sicut pueri ⁊ difficilr potest corrigi ⁊ fit piger ⁊ facit edificia ex littore et baclis. Hec oīa accidunt ꝓpter frigiditatē ⁊ humiditatē: vel ꝓpr frigiditatē ⁊ siccitatē dñantem in cerebro p̄m medium ventriculū. Et cura eius est cōis quocūq; duoꝝ modoꝝ fuerit vt calefiat cerebrum cū electuario de musco qđ sic fiat. ℞. musci. ℨ. ß. cardamomi liq̄ritie gariofilr. ziiij. pipis longi añ. ℨ. ß. cinamomi. ℨ. iij. ligni aloes. ℨ. ß. croci. ℨ. ij. cōficiantur cū melle in byeme ⁊ zuccaro in estate. detur sero ⁊ mane ad modū castanee cōfortat naturam cerebrum ⁊ cor ⁊ stomachū. Utatur electuario pliris ⁊ electuario ducis ⁊ aurea alexandrina ⁊ tyriaca veteri ⁊ dyanthos cū musco. ponatur in loco luminoso: cōuersetur cum amicis ⁊ dilectis ⁊ prudentibus tractātibus negocia ardua: vtatur solatijs diuersis. Et scias q̄ ablutio crurum cū decoctione florum camomille melilloti ⁊ aneti ē valde cōueniens in omni specie melīe. C Melancholia. Signa melīe in cōmuni sunt pusillanimitas ⁊ timor sine causa manifesta. Neq; mirū est si timeant: quoniam assidue causam timoris secum deferunt. s. humores ⁊ spiritus caliginosos: vt ait Gal'. v. de accidēti ⁊ morbo. ⁊ desperatio in diuitijs ⁊ bonoribus. estimatio mala. velocitas ire: dilectio solitudinis tremor vertigo sonitus et tinnitus ⁊ proprie in miracb. hec enim omnia accidentia prouenīunt ex dominio humoris melīci super medium ventriculū cerebri. Iste aūt humor melīc⁹ vel fit ꝑ viā cōgelationis ⁊ infrigidationis: ⁊ tūc est cā amētie: vt dictū est: vel ꝑ viā adustionis: et sic est cā presentis passionis. s. melīe. Sed diceres ergo melīa fit a cā calida qđ supra negatū est. Dicendū est q̄ lz melīa ista fiat ꝑ adustionē: qz tñ adustio nō valde vicit sup̄ eā: lz solū adeo vt resoluat subtile vnctuosū inflāmabile ⁊ derelinq̄t grossum terrestre: tō ista melīa remanet naturalr frigida: sicut appet i carbōe extincto. Si nāq; matīa foret calida

et in ea valde supfluer et adustio fieret cā manie canine vel p̄mixtiōis rōnis: vt infra dicetur. Cui⁹ exēpiū appet in carbone ignito vel cineribꝰ. Postq̄ autē melꝛia fuerit cōfirmata: tunc apparēt accītia varia rara et mirabilia. Mā quidā putant se dīos: quidā gallos q̄dam lupos: quidā putant se demergi si exterūt domū vel camerā: q̄dam putant vere cundū fore si comederēt coram boibus quidā ꝓpter imaginationis corruptionem plurimā se interficiūt vel demergunt nisi custodiant: ⁊ sic de alijs modis infinitis ꝑm qō ⁊ melꝛie talis sunt modi adustionis plurimi. Nam qñq̄ hec melꝛia q̄ est cā buiꝰ passionis fit solum ex san. cutus grossum ⁊ feculentum remanet ⁊ subtile resolui. Qñq̄ ex adustione flegmatis qō tñ raro cōtingit: vt dicit auic. Qñq̄ ex melꝛia naturali non adusta sed corrupta in malas qualitates. Qñq̄ ex cho. ingrossata per adustionē aliqualem. Ite quecūq̄ istaruꝫ materiarū fuerit causa melꝛie tūc vel est in cerebro cōtenta vel in toto corpe vel in stomacho vel in splene vel in mirach. Et signa vniuscuiusq̄ ꝓpria taz dicemus. Signa melꝛie ꝓpria si materia fit sanguis fex ⁊ fit cōtēta i cerebro: sunt supfluitas cogitationis ⁊ assiduitas solitudinis et assiduus aspectꝰ in rem vnā ⁊ inclinatio visus in terram ⁊ multiplicatio risus gaudiū sine cā manifesta ⁊ tristicia ⁊ nō plurima et vrina rubea spissa ⁊ pulsus mollis et color faciei rubeus ⁊ fuscus ⁊ somnietas cum grauitate quadam ⁊ sapor dulcis in lingua. In quo appebit qñq̄ amaritudo: qñq̄ salsedo ꝓpter aliqualē adustionē: habitudo corpis vt plurimū carnosa vene magne ⁊ replete. Signa melꝛie ꝓpria si fit ex flegmate sūt cū p̄dictis pigritia ⁊ obliuio ⁊ grauitas capitiꝭ et nō erit ridēs neq̄ gaudēs ⁊ vrina alba et subpallida spissa pulsus paruus mollis: color faciei pallidus vel albus. Signa melꝛie ꝓpria si sit ex cholera sunt cū p̄dictis agitatio et istabilitas: ⁊ clamor: ⁊ audacia: ⁊ rixa: pulsus velox: durꝰ: vrina citrina vel subruffa subtilis odo: filꝛ ⁊ color faciei citrinꝰ: habitudo sicca Signa melꝛie ꝓpria si sint ex melꝛia sunt cū p̄dictis odiū diuturnū cogitatio plurima neq̄ rixabit neq̄ fit audax: sed q̄etus vrina subtilis pallida pulsus strictus durꝰ. Si aūt materia nō cōtinetur in cerebro: sed in toto corpore apparebit nigredo corporis ⁊ asperitas cutis ⁊ retētio eius qō ꝙsuevit euacuari ex splene stomacho emorroidibus vel mēstruis ⁊ multitudo pilorū nigrorū ⁊ antecessio ciborum ghantiū humorē melꝛicū ⁊ antecessio fe. cōpositarū vel erraticarū cronicarū qꝛ bis succedit humor melꝛicus: sicut cinis succedit lignis combustis: vt dicit Gal. de feb. Si vero fiat vitio splenis erit rugitus lateris finistri ⁊ opillatio splenis assidua atq̄ appetitꝰ insatiabilis ꝓpter effusionē melꝛie ad osstomachi: digestionis malicia: ⁊ se. q̄rtana quādoq̄ et mordicatio vētris cū furia quādoq̄. quapropter dicit q̄ vere ois melꝛicus est splenēticus quoquomō. Si vō fiat vitio stomachi signa sunt nausea ⁊ repletio vētris hora digestionis ⁊ multiplicatio doloris apud comestionem ⁊ sattietatē que post digestionē minoratur. Si vero materia cōtineatur in venis ⁊ arteriis mirach ventris quod est tota ventris carnositas continens membra nutritiua apparebit grauitas in ventre ⁊ attractio ad superiora ⁊ nausea inseparabilis ⁊ malicia animi ⁊ corruptio digestionis ⁊ eructatio acetosa ⁊ sputum buimiduꝫ ⁊ rugitus ventris ⁊ multitudo ventositatuꝫ existentiū ⁊ inflatio mirach: ⁊ quandoq̄ sentit dolor in stomacho: ⁊ quādoq̄ inter spatulas ⁊ ꝓprie post cibuꝫ vsq̄ quo digerat perfecte. Et scire debes q̄ vbicūq̄ fit materia contenta pōt esse sang. vel cho. vel flegma ⁊ melꝛia: quēadmodum ⁊ si cōtinetur in cerebro: quapropter ⁊ signa supraposita cōtingit applicare mēbris alijs sicut et fuerūt cerebro cōplexiōata. Et postq̄ tā dixim⁹ de spēbus melꝛie ⁊ accidētibus sup ipsas significatiꝫ ꝙns est videre de cura ipsiꝰ p artem. Cura melꝛie est fere vna ⁊ eadē ꝑm oēs sensus eiꝰ. primo ergo ꝓuocent mēstrua vel emorroide si corpus fit ꝙsuetū ex appositiōe sanguisugarū circa anū vel emplo facto ex finapi cepis ⁊ albumine ouī qō ponat supra anū sepiꝰ donec bene adheserit: ⁊ deindevolēter abstrahat. Unde Ypo. ij. pti. āpb. De lācholicis ⁊ frenēticis emorroide innate bonū. ⁊ Gal. ibidē in cōmento dicit q̄ emorroide non solum ꝑm purgationes soluunt has egritudines: sed etiā purgādoꝝ humoꝝ qualitates malas. Et si aliter apiri nō pñt: fiat flebotbomia sopbene que est sub cauilla pe-

dis vel saluatelle q̄ est in pede inter anulla/
rē ⁊ auriculare:qz be trahunt materias gros
sas deorsum a capite.⁊ cū boc ꝓuocāt emoz/
roidas ⁊ menstrua a ꝓpzietate. Deinde ꝑm
Auicē.rasiz ⁊ seraptionē dz fieri flebotomia
basilice vel mediane dextre vel finistre cum
incisione longa extrabēte san.grossuz ad qō
cōfert plurimuz antecessio balnei aq̄ dulcis
tepide vel aq̄ decoc.mal.maluatisci fol'.sali/
cis ⁊ ppli ⁊ viol'.ita vt post ei? exitū ,fiat ilico
flōmia ꝑdicta donec paulatine extrabat bu
moz grossus a toto corpe cū ꝓmutatione ei?
in san.subtilē ex successione ciboz ⁊ potuuz
humectātiū oi die:⁊ ppzie si materia sit san
guinea. Uerūtñ' eligibili? videt qꝫ flōmia
nō fiat in melia nisi ꝓmissa mundificatione
plurima corpis cū medicina purgāte mate
rias adustas:qz flōmia vt plurimū extrabit
humidū subtile cū calido qō est curatiuum
hui? passionis de melia. Et studiū medici to
tale sit in ipinguādo corp? mlicī: vt siccitas
remoueat q̄ est potissima cā huius egritudi
nis. Jn alijs aūt spēb? melie q̄ nō sunt a san
guine nullo mō fiat flōmia. Dz sit attent? me
dicus in mūdificatione humoz grossoz cuz
medicinis q̄s dicem? ⁊ dieta humida ⁊ reb?
ꝑfortātib? caput ⁊ natura totā ⁊ specialr ce
rebrū ⁊ corz:⁊ cū reb? rectificantib? splenē: qz
durities ⁊ opilatio splenis in oi mlico de q̄
cūq̄ spē fuerit necessario repiet:vt dicit Ypo.
⁊ merito cum splen sit receptaculū humoris
melācolici:q̄re si mlicus humoz in corpe dz
aliqō dñium sup alia mēbza primo dñabit
splen in quo maioz ei? portio naturalr cōti/
net. Sirup? cōferens in oi spē melie sicut fit
de san.siue de aliquo humore quocūq̄: qz re
ctificat splenē ⁊ deopilat meseraicas: ⁊ pre
parat ad expulsionē:⁊ oia nutritiua corrobo
rat ⁊ ꝑfortat.sic fiat.℞ polipodij lib.ℨ.bu/
glosse borragi.melisse.aā.℥ij.sipi cappa
ris acori azari aā.℥ j.sene epithimi aā.℥.ij.
semis lactuce ⁊ endiuie aā.℥.iij. pistent? oia
grosso modo ꝑter sene ⁊ epithimū q̄ dimit/
tant? sicut sunt.bulliant? aūt oia pistata i lib.
iij.aq̄ donec medietas sit cōsumpta: tūc in
fine addat? sene ⁊ epithimū: ꝓpter qō bul/
liant ⁊ dimittat? aqua cū rebus quasi infri/
gidari. Et tunc fricent? ea que sunt in aqua
manibus fortiter:deinde coletur aqua ⁊ in
colatura addat? lib.j.mellis aut zuccari albi
⁊ iterū reducātur ad ignē ⁊ ꝑmittat? aliqua
tulū bullire.ꝑterea iterū colet? ⁊ reponatur.
Dent? de eo mane stomacho ieiuno.℥.iij.cū
℥.iij.aque decoctionis epi.sticad.nucis mu/
scate ⁊ ro. Et hoc fiat vsq̄ ad sex dies: tunc
in sero recipiat fine cena pillulas de lapide
lazuli q̄ sic fiūt ꝑm bedem. ℞.lapidis lazuli
abluti tricesies in aqua dulci ⁊ decies i aqua
ro.semp terēdo ⁊ aquā remouendo ꝑ quālī/
bet ablutionē in mortario.ʒ. iij.epi. polipo/
dij.aā.ʒ.viij. scamonee ellebori nigri. salis
indi aā.ʒ.ij.⁊ ℨ.agari.ʒ.viij.gariof.anisi.aā.
ʒ.iij. yerepigre.ʒ.xv.cōfice cū succo endiuie
⁊da.ʒ.ij.cum aqua casei. Educūt eiā cū fo/
titudine humores adustos de cbo.⁊ melia:⁊
ideo plurimū cōferūt demonio lupino. Uel
purget? cū pillulis de lapide armeno que sic
fiunt. ℞.lapidis armeni ꝑparati sicut lapis
lazuli yerepigre aā.ʒ. v epithimi .agarici
aā.ʒ.iij.scamonee preparate siue dyagre/
dij.ʒ.ij.⁊ ℨ.gariof. salis indi. aā.ʒ.ij. confice
cum succo solatri vel lactucaruz. Uel sumat
pillulas de ellebozo que sic fiūt. ℞. sene epi
thimi.aā.ʒ.ij. ellebozi nigri.ʒ. iij.scamonee
reubarbari masticis aā.ʒ.ſ.mirabolanozum
indozum. ʒ. ℨ.fiant pillule cum succo poli/
podij velvino decoctionis epithimi.detur ex
eis a.ʒ.ſ.vsq̄ ad.ʒ.ij.ꝑm materie multitudi/
nem ⁊ virtutem. Si autē pillulas recipere
non posset:iz fortius euacuant a remotis su
mat decoctionem que sic fit.℞. mirabolano
rum indozuz.ʒ.ſ. ⁊ ℨ.pistentur grosso modo
⁊ bulliantur cum.ʒ.ij.prunoꝝ siccoꝝ in.ʒ.
tribus vini.vel.ʒ.octo aque donec medietas
sit consumpta coletur ⁊ dissoluatur in ea.ʒ.
ſ.tamarindozuz vel manne. Aliud ad idem.
℞.ellebori nigri.ʒ.ℨ. scamonee.ℨ.ſ. pulue/
risentur optime ⁊ dimittātur per vnā noctē
in.ʒ. duabus mellis rosati vel sirupi viol'.
Deinde in auroza ante diē dissoluatur boc
totum in.ʒ.iij.aque decoctionis prunozuz:
⁊ detur in primo totum simul. Et aliquādo
possumus dare pillularū fetidarū almāſ.ʒ.
ſ.vel geralogoð.ʒ.ℨ.vel yerarufi.vel dyasene
vel catartici imperialis cum aqua calida.
Cū cōtinuatiōe igit medicinarū tā digesti
uaꝝ ꝑ solutiuarū regatur infirm? tpe longo
nunc digerendo:nunc euacuando ⁊ confoꝛ/
tetur cerebrum ⁊ coꝛ cū dyantbos cum mu/
sto ⁊ plris arcoticon ⁊ dyamarg.⁊ metrida/

to simul mixtis: vel cum electuario quod sic fit. ℞. serici combusti. ʒ. ſ. coralli rubei. ℥. ℈. ossis de corde cerui. ʒ. duas. margaritarum non' perforatarum. ʒ. iij. cardamomi ʒ. ℈. pinearum mundatarum lib. ℈. ysopi. li/quiri. nucis muscate: gariofil'. pipis longi cubebe gallange. aā. ʒ. ſ. ℨ. cinamomi. ʒ. v. macis croci. aā. ʒ. ſ. ʒuccari lib. sex. coquan/tur ad modum ʒuccari ros. In hyeme vero vel materia valde frigida existente confici potest cum tribus lib. mellis dispumati et bene cocti. et addantur in fine. ʒ. ij. musci: si patiens in eo delectetur. Detur ex hoc ele/ctuario omni die in ieiuno ad modum ca/stanee: et post ipsum bibatur aliquid boni vini albi odoriferi clari et limphati: quia cor et cerebrum confortat et animam gau/dere facit ⁊ risuʒ multiplicat: ⁊ remouet ma las cogitationes et ymaginationes errone/as et rectificat memoriam perfecte et con/fortat digestionem et multiplicat humidi/tatem naturalem corporis totius. Post ta/les igitur digestiones et purgationes bis vel ter reiteratas et proprie in corpore car/noso fiat flebotbomia supradicta: vel flebo/thometur sopbena et proprie pedis sinistri: quia tūc sanguis grossius est in causa ⁊ post boc cephalica: ⁊ post boc vena frontis: vel ponantur sanguisuge ad nares qm̄ in tali p mixtione confert flebotbomia: vt dicit me/sue in suo de appropriatis cap̄. de cura ma/nie ⁊ melancbolie. Et si fuerit sanguinis su perabundantia propter oppillationem que est in epate vel in splene ℈ōma ex saluatel/la dextra vel sinistra nunc ex bac nunc ex alia ⁊ fiat in flebotbomia apertio vene larga ne extrabatur subtile ⁊ remaneat grossuʒ ⁊ ad illud plurimum confert balneari in tyna an te flebotbomiam. In alijs autem causis nul lo modo fiat flebotbomia aliqua sed sola continuitas medicinarum pr edictarum cuʒ dieta humida. Nutriatur ergo turibus gal/linarum edorum agnorum annalium condi tis cum ouis ⁊ puluere qui sic fit. ℞. carda/momi. ʒ. ℈. granorum paradisi cubebe. aā. ʒ. ſ. cinamomi electi. ℥. ℈. croci macis. aā. ʒ. ſ. nu cis muscate garioli. folij. aā. ʒ. ſ. terantur et cribrentur subtilissime ⁊ spargatur iste pul uis super cibos suos. Confectio dyambre q̄ est medicina sublimis in omni specie melan cholie cerebrum ⁊ cor confortans et omnia membra: digestionem procurat ⁊ vtentē ea letificat ⁊ membra nutritionis calefacit se/nibus quoq; conuenit et frigidis natura et mulieribus ⁊ proprie egritudinibus matri/cis sic fit ℈m bebemesue. ℞. cinamomi. de/rontici. garioli. macis. nucis muscate. folij gallange. aā. ʒ. iij. spice cardamomi ma. et mi. ana. ʒ. ſ. ambre aureum. ſ. musci ſi in ip/so patiens delectetur. ʒ. ℈. zinzi. ʒ. ſ. et ℈. san/dal'. ci. ligni aloes piperis longi. aā. ʒ. vnam Confice cum sirupo ros. et aqua ros. Et da ex ipso. ʒ. ſ. vel. ʒ. ℈. cum vino al. aromatico. Caueat a carnibus silueſtribus tam vola/tilibus q̄ gressibilibus: quia sanguinez gros sum melancbolicum multiplicāt. Bibat vi num clarum aromaticum melius quod ba/beri potest limphatū cum media vel tertia parte aque clare. Caueat a vino grosso ru/beo vel turbido. vtaī etiā post purgationes lacte recenti capre ⁊ amigdalarū dulciuʒ et pineis ⁊ fisticis ⁊ auellanis mundatis a cor tice rubeo et nutritis in lacte dulci per no/ctem: similiter ⁊ omnibus impinguantibus proposse ex quibus sunt balnea que dicent capl'. de feb. etbica. Demuʒ ⁊ vltimū si nibil aut modicū quicquid p̄dictoz videbitur cō/ferre in oibus speciebus melācbolie cū sint a sanguine cbo. flegmate vel melancbolia. Fiat vnū cauteriuʒ in vertice capitis ea qui dem parte in qua terminaī medius digitus quādo radix manus egri ponit super radicē nasi ⁊ aliud sub cornibus occipitij q̄ pfun/dentur vsq; ad os cranei si fit possibile ⁊ di/mittanī aperta vsq; ad dies. xl. vel circa id. Postea p̄mittaī ꝓsolidari ⁊ sic p̄cedēdo erit vicissim cū ꝓtinuatiōe medicinarū a princi pio resumēdo vsq; ad finē donec nullus ve/stigiū melācbolie ampli⁹ appareat: qz cu/rabit si p medicinas poterit curari. Fit etiā qñq; melācbolia a cā p̄mittua vt ab amore alicui⁹ femine vel ex amore repatriādi sicut accidit viris effeminatis ⁊ delicatis. Et si/gna patēt ex relatione infirmi ⁊ mutatione coloris facie: ⁊ pulsus quādo sermo fit de il la quā amat. Cura est vt obtineat rē quā de fiderat si fit possibile: qz in oi motione corpis ⁊c. Munc̄ fit in loco solitario sed inter boies diuersa ⁊ solacioſa tractantes ⁊ fit semper in loco luminoso: ⁊ dicanī sibi aliq̄ delectabi/

lia donec ptorũ obliuiscat.q̃ si non sufficit dẽtur sibi somnifera ⁊ iura condita cũ lacte papaueris ⁊ pultes facti ex seminib⁹ eius ⁊ vtaĩ oyapapauere ⁊ fiant oia dicta superi⁹ de melancholia. ¶ Alienatio. Signa pmixtionis rõnis siue alienationis mentis cõia sunt oia signa dicta de melancholia nisi q̃ in permixtiõe fit mobilitas ⁊ agitatio ⁊ velocitas ad opationes nõ rõnales. Sed in melancholia est aliqualis pigritia ⁊ tarditas ad talia: qz sicut supadictũ est melãcholia ꝑmixtio fieri habẽt ex dñio humoris melancholici super mediũ ventriculũ cerebri gñati per viã adustionis ⁊ ex alijs humoribus ad genus melancholicũ eductis: nisi qz in melancolia fit adustio qua valde q̃ soluz sufficit ad ingrossationẽ humoꝝ. Sed in pmixtione rõnis fit adustio maior q̃ ettã sufficit ad inflamandũ ⁊ agitandũ spũs aiales in cerebro sicut ⁊ in mania canina fit adustio maxima q̃ esse põt. Fit ergo in vtraq̃ passione actio lesa cogitationis vel estimationis quod idem est: sed in pmixtione fit cũ hoc agitatio in opatione eaq̃. Sz in melãcholia est aliqualis mãsuetudo nõ iñ tãta sicut in amẽtia que fit de cã frigida. Fit autez pmixtio q̃nq̃ cũ feb. ꝓpter vapores adustos ascendentes ad cerebrũ a minera puredinis. Et si fit cũ virtute forti ⁊ post signa digestionis pfecta tũc est signũ crisis salubris. Si nautẽ est signũ crisis male: scz mortalis vel diminute: ⁊ fit q̃nq̃ sine fe. ⁊ sic sumitur in isto ca. qz est magis ꝓprie tũc passio cerebralis per se ⁊ est morbus: sed cuz fe. insequit̃ est accidens. Et cura eiusdem quãdo est cum fe. est cura fe. ⁊ appositio pãnoꝝ lineoꝝ infusorũ in aqua roſ. ⁊ acetovel succo solatri ⁊ semp̃ue ⁊ aceto super frontem ⁊ tẽpora ne materia sursum rapiatur ⁊ causet freneſim: et hoc ante signa digestionis. Sed si fit post signa digestionis tunc nõ ponantur repercussiua circa caput: qz impediretur crisis quã significat. sed suspendat̃ cũ blanditijs ⁊ aliquibus remedijs ꝓfortatiuis donec fiat crisis. Et postq̃ venerit crisis tuet̃ per eandem viã per quã natura mouet̃ sicut est sudor siue vomitus siue fluxus sanguinis sicut dixim⁹ cap̃. de dolore capitis qui fit in feb. fil̃ ⁊ in ca. de scotbomia. Et cura eius q̃n est sine fe. est eadem oino cum cura melancholie in euacuationibus digestionibus flebotbomia ⁊ dieta oiquaq̃. Sz in fine nõ obliuiscaris cauterij in capitis summitate: qz est ꝓferẽs oino. ¶ Mania. Signa manie canine siue demonij lupini qõ idem est sunt prattitas maxima in accidẽtib⁹ furoris ⁊ agitatiõis q̃ dicta sunt in ca. de freneſi: qñ hec passio ⁊ freneſis lz differãt i essentia cũ freneſis fit cũ apate cerebri. Mania vo sine apate nisi forte esset accidẽs freneſis: verũtñ nõ dñt in aliquo accidẽte nisi in fe. q̃ est in freneſi rõne apatis sed nõ in mania. Fit aũt hec passio vt dictũ est ex materia ꝑ adustionẽ maximã ⁊ ꝑ pessimã corruptionẽ ad humores mlicl magis reductã q̃ adustio nõ differt ab adustiõe facta in pmixtiõe rõnis nisi ꝑm magis ⁊ min⁹. Et q̃ mania nõ fit nisi ꝑ adustionẽ cholẽ vel melãcholie. Sz pmixtio fit ꝑ adustionẽ hũoris cutusq̃. Et si fiat ex adustione cholere apparet cõtẽtio velox et quies post ipam ⁊ nõ recordat̃ ei⁹ lõgo tpe et agitatio ⁊ furor ⁊ instabilitas: sed si fit ex adustione melãcholie fit cũ quiete spacio lõgo. deiñ mouetur ⁊ loquit̃ ⁊ incipit rõcinari cogitans. Postea itez q̃scit ⁊ iterũ mouetur neq̃ põt sitere a clamore ⁊ locutiõe: ⁊ lõ est extenuatio corpis vehemẽtior ⁊ color adnigredinẽ declinator ⁊ somnia deteriora q̃ in ea q̃ de cholera: ⁊ euomit q̃nq̃ aliq̃d acetosum qđ ꝓiectũ sup terrã vel arenã bullit et est de gñe venenoꝝ. Mania etiam canina q̃nq̃ fit ex retentiõe pessimoꝝ menstruoꝝ sicut accidit mulierib⁹ freq̃nter q̃re inflant̃ ventres eaꝝ vehemẽtissime ⁊ cũ dolore maximo: ⁊ loquũtur q̃nq̃ de futuris ⁊ mirabilibus mũdi ⁊ q̃nq̃ ſraliter lz docte nõ fuerint adeo vt videãtur possesse a demone: q̃nq̃ fit ettã ex retẽtione spermatis supflua sicut accidit monachis ⁊ viduis: qz spma diu retentum cõuertitur ꝑ adustionez in venenum a quo fumi eleuãtur ad cerebrum qui mouent ipm ad diuersam imaginationem estimationem ⁊ memorationem: ⁊ eidem fumi quãdoq̃ spargũtur per muscl'os q̃ sunt in ãbitu corporis toti⁹ ⁊ per mẽbra neruosa lacertosa: ⁊ iducunt frigus rigorẽ ⁊ tremorẽ abscq̃ fe. ⁊ fastidium, ⁊ dolorẽ capitis ⁊ vigilias et tenebrositates oculorum ⁊ filia: ⁊ fiunt hec q̃busdã boibus oĩ tpe ⁊ quibusdam ꝓdice prout ⁊ materia cursum corruptionis susci-

plit: ⁊ tunt credit esse a demonibus qui affli
gunt corpora tpe sacro: qō lz ꝼm veritatem
⁊ fidem sit possibile. Septus tñ fit a mate/
ria predicta quare magis accidit mulierib⁹
q̄ viris ⁊ viduis q̄ nubētibus ⁊ monachis
q̄ secularibus ⁊ pauperibus in sole multuz
laborantibus vtentibus allio sinap. ceꝑ. q̄
diuitibus bonis cibis vtentibus ⁊ necessa/
ria pro medicinis ⁊ remedijs babentibus: q̄
non fierent si semp a demonio fierent cum
demoniū curā naturalem non recipiat necꝫ
distinctionem taliū personarū. Et cura ma
nie si sit de cholera adusta est vt primo loce
tur in loco obscuro ⁊ sit intentio tua plus in
humectādo q̄ i infrigidando cū medicinis
⁊ balneis aque dulcis ⁊ cibis ⁊ potibus di/
cendis: vt vult Auicē. ca. presenti. Deinde p
pter inobedientiā ⁊ instabilitatē infirmi in
cipiendum est a rebus inducentibus somnū
dictis capitulo de vigilijs ⁊ ca. de freneſi et
fricationibus pedum cruruz vt materia at/
trabatur ad inferiora. vnde ypo. vj. particu.
ampb. maniacis varicibus ⁊ emorroidibus
innatis fit manie solo. Deinde abradantur
capilli ⁊ vngatur caput cū oleo nenupbaris
⁊ oleo de papauere mixtis cuz succo lactuce
in quo fit aliquid acet: vel cum oleo viol. ⁊
oleo ros. ⁊ populeon cū modico aceti fricen
tur pedes ⁊ crura cum aqua decoctionis so/
lioꝝ salicis: florum camomille. ro. rub. vel cū
aqua decoctionis lactucarū corticis papaue
ris mellilott ros. rub. fomentetur caput eorū
cum lacte mulieris ⁊ proprie lactantis puel
lam cum fit frigidius vel cum lacte papaue
ris albi. deiñ post quietē inductā aperiatur
sopbena pedis finistri intus in talo vt ꝓuo
centur mēstrua ⁊ emorroides. deinde digera
tur materia adusta cum sirupo de borragie
et buglossa dicto superius ca. de melancbo
lia. ⁊ purgetur cum ꝓpillulis dictis ibidez. q̄
si furorem ⁊ agitationem materie ex medici
na forti timueris: purgetur cum decoctione
hac que fic fit. ℞. sene ept. añ. ʒ. ſ. prunorum
ʒ. ij. bulliantur in lib. ſ. aque colletur et cum
ʒ. v. vel. vj. illius dissoluantur. ʒ. ij. mane ⁊ de
tur infirmo ante diem. deiñ fortius. ℞. mira
bollanorū indorum. ʒ. ſ. ⁊ ꝼ. sene epitbi. añ. ʒ.
ꝼ. prunorum numero. x. pistentur ⁊ bullianꝯ
in aqua ⁊ colletur cum quinq̄ vel sex. ʒ. illi⁹
aque dissoluātur. ʒ. ſ. mane ⁊. ʒ. ſ. sirup. viol.
et dec̄ āte diē. Fiat a principio oī die vl' duo
busdieb⁹ semel clistere qō fic fit. ℞. sene ept.
añ. ʒ. ꝼ. polipodij querciní. ʒ. ij. blete. m. ſ. pi
stentur ⁊ bulliantur in aqua. ⁊ in libra. ſ. aq̄
illi⁹ dissoluātur. ʒ. ij. mane et. ʒ. ij. olei viol.
et. ʒ. ꝼ. salis colletur ⁊ tepidum supponatur:
Potetur vsq̄ ad finem furoris aqua que fic
fit non cum alia re. ℞ nenupb. seminis la/
ctucarū. añ. ʒ. ſ. papaueris. ʒ. ꝼ. zuccari ros:
ʒ. ij. prunorum siccorum. ʒ. quattuor. ordei.
ʒ. ſ. et. ꝼ. bulliātur in sex lib. aque donec ad̄q̄
remanserint: colletur ⁊ detur patienti semp
bora potationis. Ad idem. ℞. granoruz gra
natorum dulcium ⁊ musorum. añ. ʒ. ij. papa
ueris. ʒ. ꝼ. lactuce. ʒ. ſ. zuccari. ʒ. ij. prunoruz
siccorum. ʒ. ij. bulliantur in. vj. lib. aque: do/
nec quinta pars consumatur: colletur ⁊ admi
nistret. Ad idez. ℞. ordei. ʒ. ij. prunoꝝ sicco/
ruz. ʒ. quattuor papaueris. ʒ. ſ. zuccari. ʒ. ij.
bulliant in octo lib. aque donec sexta pars
sit consumpta colleꝯ ⁊ reseruet. Et scias q̄
isti pot⁹ vt estimo cōuenientes sunt vt primuz
in freneſi quacūq̄. Libet ex lactucis. portu/
lacis cōditis cū agrestis vel vino granatorū
vel etiā cū pultib⁹ ex ordeo farre vl' auena fa
ctis conditis cū eisdem reb⁹ vel si sit debilis
vtaꝯ carnib⁹ pullor edorū agnorū annaliuz
coctis cū herbis predictis ⁊ cōditis cuz pre/
dictis vel cum berberis. Mōvtaꝯ carnib⁹ fil/
uestribus necꝫ bouis: necꝫ fumigatis: necꝫ
multum salsis: vtaꝯ piscib⁹ bonis recentibus
nō salitis. Cura manie q̄ fit de melācbolia
adusta est penit⁹ eadem cum predicta nisi q̄
i somniferis oportet multiplicare papauer
⁊ nenupbar. Et si necesse est ꝓpter vigilias
⁊ furorē addaꝯ vnum granum opij: mundeꝯ
cuz decoctione q̄ fic fit. ℞. mirabolanoꝝ in/
dorū. ʒ. ſ. elleboti nigri. ʒ. ſ. opij sene epitbi.
ana. ʒ. ꝼ. pistenꝯ ⁊ bulliantur in aqua colleꝯ
⁊ in. ʒ. quattuor illi⁹ decoctiōis dissoluatur:
ʒ. ſ. medulle cassiefi. ⁊ colleꝯ ⁊ detur ante diē
vltimo fiat cauterius in summitate capitis:
quoniam est res cōferens excellenter. Cura
manie propter retentionem menstruorū vel
spermatis est vt prouocentur mēstrua sicut
dicetur capitulo suo: quoniā etiā ad reten/
tionem spermatis corrupti in matrice con/
fert ꝓuocatio ei⁹ ⁊ ordinetur si est possibile
et nubat: quia optimum est. q̄ si nubere no/
luerit: fricet obstetrix vuluam fortiter ⁊ vsq̄

ad dolorem cū digito inuoluto pāno in eo inuncto oleo nardino cū quo camphora vel muscus sint dissoluta. Bibat potū supradictum et non alīū ⁊ cibis supradictis vtatur Comedat sepe dyapapauer muscū cū zuccaro rosa. Et post illud bibat aquam frigidam Hec enī extinguūt spermatis prurigīnē et menstrui feruorē et ex rebus ad illud vehementer conferentibus est exiccatio corporis assidua cum vigilijs laboribus ⁊ abstinētia a cibis sanguinē multiplicantibus velut sūt carnes ⁊ vinū. Modus nobilis ⁊ bonus in hoc casu ad prouocandū menstrua ⁊ educendum sperma retentū est talis ⁊ valet in suffocatione matricis ⁊ in omni casu in quo passionis causa ꝓtrahīt ex mēstruorū retentione vel ex spermate corrupto quoquomō. Supponat candela inuoluta cū petia bene imbibita in oleo nardino vel de lilio in quo dissoluta sint tria grana muscī vel ambre et ligēt petia cōtra candelā cū filo duplicato ⁊ permittat filū pendere extra vuluā vt cādela extrahi possit ad voluntatē patiētis. Et hec candela continue quasiusq; ad perfectā curā intra vuluā deferat. Similiter ⁊ cū eadem os matricis frequenter ⁊ fortiter fricet. trahet enī matricē ad inferiora ⁊ sperma corruptum eijcit ⁊ qñq; insensibiliter resoluit. Rx. electuarium in hoc casu optimū. Rx. agni casti ʒ.iij. mirtili. ʒ.ß. terant perfecte ⁊ nō cribrētur: incorporent cū melle crudo nō dispumato ⁊ fiat electuarīū. detur mane ⁊ sero cum itur dormitū ad modū nucis magne ⁊ post bibatur aliq̄d vini limpbati ꝑm medietatē Exiccat nāq; menstruū ⁊ sperma a ꝓprietate ⁊ ꝛge erectionē ꝓhibz ⁊ desiderīū ad coitū diminuit ⁊ pollutionē custodit nocturnā: nec ē medicina simil in hoc. Et dixerūt excellē. q; si adiungat ʒ.ß. peonie in hoc electuario mirabiliter operatur cōtra epilepsiam sufficiant hec.

Emperica.

In oībus predictis passionibus ⁊ prouocatione maniā ⁊ pmixtione rōnis ⁊ melīa cōfert plurimū impinguare corpus cū piscib⁹ recentibus petrosis aut lacte dulci recenter venienti calido ex mamillis dādo ex ipso aliquid omni die in ieiuno per se vel cum mica panis sine cibo alioꝛoīno nisi fortasse cū modico mellis vel zuccari misceantur quoniam ꝓhibet ipsum in stomacho coagulari. Lac enī cōpatitur secū mel vel zuccarum: ⁊ nullum cibū alium: vt dicit Gal. vij. de inge. sanitatis ca. ij. Conetur medicus humectare cerebrū cū balneis ⁊ embrocis ⁊ vnguentis humectantibus ⁊ cibis ⁊ potibus ⁊ somno et quiete in quibus fit studiū non modicum Conetur etiā ꝓposse cōfortare splenē ⁊ exopilare vt bene attrahat melancholiā corporis: prout dicemus ca. de opilatiōe splenis. Et cū emplastro Gal. experto qō scripsit: rſ. de inge. sanitatis. Rx. radicū capparis ꝑtes. ij. absinthij partē. ſ. bulliant diu in oximelle squillitico pistentur ꝑfecte ⁊ cōficiantur cum eodē. Et potest addi oleū rutbe et lauri vel spice vel de lilio et extendātur supꝑ petiam ⁊ applicetur splenī actu calido ꝓmissis euacuationibus vniuersalibus frequētatis. Confortet cor cum epithimatib⁹ electuarijs cordialibus famosis. Item anetum habet virtutē fugandi fantalmata accidentia in istis passionibus si locus cum ipo sternatur ⁊ similiter ypericon quoquomō.

Canones.

Quando fit flebotomia i melancholia maīnia vel pmixtione rōnis inspiciatur san. quid exit: q; si fit grossus niger dimittatur egredi si subtilis clarus rubeus ilico restringatur. Qui canon licet fit gñalis in oi passione facta ex grossis humoribus: verūtamē est bic maxime necessarius: quoniā bmōi san. lucidus est sicut frenuz melie: quare ex ipsi⁹ eductione maximū fieret periculū. Item in medicinis fortibus ⁊ ducētibus materias grossas lenientia nō derelinquas: vt sunt pruna thamaridi viol. ⁊ māna: qñ operationē solutiuorū beatificāt: vt dicit Mesꝛ. pñti cap. Item in omni passione cerebrali ⁊ ꝓprie de materia fixa ⁊ immobili docet Mesue in presenti ca. auctoritate Gal. vt patiens deuitet acuta vt est piper sinapis cepe ⁊ vinaz supfluere faciētia: quoniā subtile egreditur ⁊ remanet grossum perficiens lapidis essentiam.

Pronosticatio.

Dicit ypo. vj. ꝑti. ampb. maniacis ⁊ melā-

cholicis varicatiõib⁹ ⁊ emorroidib⁹ natis soluunt egritudinẽ sup. siue fiãt p se vel p artẽ: ⁊ ad hoc ꝓuocatio cõfert mẽstruoꝝ. Itẽ ibidem. in ꝑcussione in caput stupor aut despiẽtia malũ. Idem despiẽtie cũ risu quodã facte securiores: que vero cũ tristicia molieste sup. ⁊ difficile curabiles ꝓpter grossitiẽ materie. Itẽ. viij. particula ampb̃. In mania dissinteria supueniens aut ydrops aut extasis aut furoris augmẽtatio bonũ. qz p diffinteriã materie euacuatio ſz p ydropoſim ei⁹ alteratio p extasim fit ei⁹ diuersio a cerebro. Itẽ. v. pti. mulieris ꝙ⁹ ad mamillas san. cõuertit mania fignificat: ⁊ ꝓprie ſi san. fit grossus niger: qm̃ in lac non posset cõuerti: vt di. ibidem cõmẽtator. Itez ꝑmixtio rationis veniens in fe. cum virtute debili ⁊ ante signa digestionis mortale ecõuerso salubre. Item maniacis permixtis ⁊ melicis ydrops supueniẽs p se vel p artẽ soluit egritudinez. Itẽ dicit ypo. vj pti. ampb̃. Si timor ⁊ pusillanimitas multum tempus habuerint melancholicum perficient.

¶ De Epilepsia. Capitulum. viij.

Epilepsia est passio capitis diminuẽs sensum ⁊ motũ corporis totiꝰ cum spasmo vñ ꝓpter oppilationẽ vẽtriculoꝝ cerebri vel pãniculoꝝ ei⁹. Et dr epilepsia. i. superioꝝ mẽbroꝝ lesio. ⁊ dr a quibusdam yerasmon. i. sacra passio: qz sacra membra ⁊ animata occupat. dr etiã qñq; passio infantilis: qz vt plurimuz infantibus accidit. Est autẽ maior ⁊ minor. Maior ꝙdem vt omnes vẽtriculi cerebri ⁊ ꝓprie anteriores oppilãtur: ⁊ isti horã paroxismi subito cadunt ⁊ torquent os ⁊ facies cũ tremore ceruicis ⁊ totius corporis ⁊ dentiũ constrictione: immo qñq; vrina ⁊ stercus ⁊ sperma inuoluntarie emittunt ꝓpter maximã angustiã ⁊ prefocationẽ. Minor vero cum vẽtriculi cerebri nõ omnino oppilant: ⁊ isti qñq; cadunt hora paroxismi ⁊ qñq; nõ: sicut ⁊ scothomiã patiẽtes neq; spuma in eis apparet magna. Et quecunq; earum fit qñq; affligit semel i die qñq; semel in mẽse: qñq; semel in anno: hꝫ etiã periodos sicut ⁊ se. materiales cũ omnis periodus fit a materia: vt di. Gal. ũ. de feb. ſz gñaliter quãto tardi⁹ affligit: tãto tardi⁹ ⁊ difficili⁹ curat. qz materiã grossam adherentem significat. Sz quanto frequẽti⁹ affligit tãto citi⁹ interficit ꝓpter virtutis debilitationẽ ⁊ cordis suffocationẽ. Tres hꝫ causas ꝓncipales. s. defectũ caloris naturalis tam influẽtis q̃ innati ⁊ supfluitatuz abundantiã ⁊ meatuũ ãgustationẽ. Tres ꝓterea sũt spes ſm tripliciẽ diuersitatẽ locoꝝ: i qb⁹ materia cõtinet qz materia cõtinet in cerebro vl in pãniculis ipsi⁹ nec venit aliũde. q̃propt̃ ⁊ ꝓprie tunc dr epilepsia: ⁊ isti habẽt ꝓtinuã capitis grauitatẽ: ⁊ sensuũ oim obscurationẽ ⁊ aduiniẽte postmodo casuz nõ ꝓsentiũt ꝓpter festinatiã: nec postea recordant. ꝓpt̃ cerebri lesionẽ. Qñq; vero materia ꝓtinet in stomacho ⁊ intestinis vel alijs viscerib⁹ nõ ꝙdẽ in cõcauitate eorum vt quidam crediderunt sed in venis neruis ⁊ arterijs per quoꝝ meatus materia bulliens rapitur sursum sub fumali euaporatione ad cerebrum ⁊ tunc dicitur analepsia ⁊ isti laborant repletiõe stomachi ⁊ fastidio ⁊ indigestione ⁊ casum ꝓsentiunt. ⁊ postea recordantur ⁊ accidit ante casum tremor cordis nausea: ⁊ qñq; vomit⁹ ⁊ cõtractio siue grauitas inferioris labij ꝓpt̃ cõtinuitatẽ tunicaꝝ labij et usdẽ cũ lingua ⁊ stomacho interiori: ꝙ si materia sit in intestinis fit qñq; fluxꝰ vẽteris horã illa. Si vero in vijs vrinalib⁹ emittit vrina. Si in vaſ spermaticis emittit ſpma ꝓter volũtatẽ. Qñq; vero materia ꝓtinet in extremitatib⁹ mẽbrorum: vt pote coxa vl crure: vel manib⁹: vl adiutorio: vel in musculis q̃ sunt in ambitu totius corporis ⁊ tunc dicitur catbalepsia. Et isti sentiunt ante paroxismum aliquid eleuari versus caput quasi essent formice ambulantes vel fumi frigidi ascendentes a membro illo. deinde syncopizant ⁊ cadunt ⁊ sepe ꝓseruantur a casu per ligaturã fortẽ illius membri. Et isti vt plurimum febriunt quia ꝓpter fe. fit bullitio et ascensus materie ad caput nec; sine fe. videtur euenire. Et quecunq; istarum trium specierum fiunt ꝓprie: tamen quando materia continetur in capite vel fit a san. flegmate vel melia. raro aũt vel nunq̃ fit a cholera: quia cholera sui subtilitate non potest vias oppilare. Si, fit a sanguine apparet inflatio venarum guindines in collo et dispositio quasi prefocatiua salua dubio sine manifesta causa et rubedo cum quadam fusce-

dine in oculis ⁊ facie:⁊ vapor sentitur calidus in capite:⁊ in ea est stoliditas cū risu:⁊ eius vrina est valde grossa ⁊ rubea. Et si fit a flegmate appet in vria quoddā file vitro liqfacto ⁊ salia spumosa grossa clara ⁊ pauor et albedo oculoꝝ ⁊ corporis totius: silr ⁊ pigritia ⁊ obliuio ⁊ aligñ vomitus flegmatizus:⁊ etas ⁊ regiones ips ⁊ cibi antecedentes flegmatici quoquomō. Et si fit a melancholia apparet vrina glauca subtilis cū circulo granuloso ⁊ pmixtio rōnis diuturna non solum apud bozam poxismi ⁊ color oculozum et facies fuscus siue plumbeus ⁊ siccitas lingue ⁊ anteceſſio ciborū melancholicoruz: vt caulium ⁊ lentiū ⁊ carnium salitarum. Et si fit a cholera quod esse nō poterit nisi adusta venenosa erit vrina citrina subtilis vehementer ⁊ color faciei citrinus subtilis vehementer ⁊ saliua amara stoliditas cum furia siccitas lingue cum siti silr ⁊ fortis affictio bozis paroxismi ⁊ eius paroxismꝰ spissior: sed breuior aliozum.

Methodus.

Cura epilepsie in cōt est inducere se. cum vsu electuarij anacardini qō ponetur capl'o de apoplexia vel auree alexandrine vel bedozici anacardini vl'oya margariton ⁊ oim calidoꝝ ⁊ propie se. quartanam vel quotidianā: quia vt dicit auicen. hec feb. ppter cronicitatem sue affictionis digerit materias grossas: ⁊ alteratio sex rerum non naturaliū ad caliditatem ⁊ siccitatem. Unde ypo. epilepticorum iuuenib' ⁊c. nullus epilepticorum vtatur vino pro potu nisi plurimū impbato quia eleuat a ppritate omnes superfluitates ad caput: sed bibat ydromel factum ex aque lib.iij.⁊.ℨ.iij. mellis coctis perfecte ⁊ collatis. Carnes asse magis cōpetunt eis qꝑ elixe ⁊ propie condite cum spēbus pterqꝑ in die purgationis: quia illa die debēt dari elixe: qz sic magis ventrē ꝑparant ⁊ venenositatē materie purgande adequāt: vtatur sepe pcibo cerebzo autum pullozū agnoꝝ ānaliū assatoꝝ ppie: qz cerebzū cōfortant: vt dicit auer. v. coll'et. Caueat tñ ne stomachꝰ noceat: qz sunt difficilis digestiōis rōe viscositatis. Caueat ab allijs sinapi. ⁊ oiꝰ acutis: qz faciūt materias effumare ad caput: nisi fortassis vsu moderato vel cum cibo ficco. filiter ⁊ a legumīnibus et brodijs pipatis ⁊ potu ⁊ cibo superfluis. Silr. atmoze: tremore. tonitruo: qñ ledunt caput exercitet fortiē stomacho ieiuno ꝑmissa, ster coꝝ expurgatiōe: fiāt fricatiōes fortes a pectore inferiꝰ ⁊ pectinatio capitis: ⁊ eiꝰ calefactio fortis in ieiuno. Caueat summopere a coitu: qñ maxime cerebrū debilitat spūs resoluendo ⁊ cerebrum colligando ⁊ demuz infrigidādo mēbra nisi fuerit epilepsia causata ex retētione spmatis: vt accidit virginibus viduis ⁊ deo deuotis. Si autē a sanguine fiat cuz p̄dictis a principio flebotbomia sopbene q̄ est intus in talo vel frequētetur scarificatio crurū. Deiñ mundet cum apozimate. ℞. manne. ℨ. j. tamarindoꝝ. ℨ. j. et ℈. dissoluant. in. ℨ. v. aque decoctiōis prunoꝝ: ū et detur ante die. Epithimet caput cuz aq̄ roſ. vel oleo roſ. mixto cum aliquātulo olei de absinthio vel de spica. Comedat lactu. borrag. feniculum cucurbitas ⁊ aquā pisoꝝ vel cicerum. Sed carnes euitet: quia sanguinem multiplicant nisi virtus debilitaret. p condimento ciborum suoꝝ vtatur agresta vel vino granatoꝝ sed nō aceto. Bibat ydromel p̄dictum vel aquā decoctionis zuccarꝝ vel berberis vel prunorum vel si fit debilis vinum album valde limpbatum. Ultimo post flebotbomiam ⁊ purgationes frequēter: ⁊ sumat semel in septimana in aurora. ℨ. ℈. tyriace cum. ℨ. quattuor aque decoctiōis peonie ⁊ bec omnia reiterentur totiens donec perfecte curetur. Si autem fit a flegmate quod ⁊ sepius contingit purgetur primo frequenter cum pillulis cochijs vel fetidis vel cum ycrapigra premissa digestione cuz oximelle squillitico vel compositio et aqua decoctionis rerum ducentium sirupi virtutem ad caput: vt sunt sticaꝺ. peonia nux muscata cubebe cinamomi ysopus et ruba.

Fiant etiam clisteria acuta. Recipe collo quintide cartami absinthij ysopi agarici centauree. ana. ℨ. semis anisi fizelcos. ana. vnciā vnā pistentur ⁊ bulliantur cum. m. s. blete. Post decoctionem colletur et de colla tura accipiat lib. s. et olei vncie quattuor. mellis. vncie tres salis. ʒ. ij. et supponatur. Fiant sternutationes cum elleboro vel pipere longo cubebe partez vnam macis partes duas facta ex eis forma pillularum.

Ultimo fiat cauterium in vertice crane vel causticatio cum cantaridibus et sinapi sup collo. Utatur carnibus bonis conditis cum cinamomo galanga cardamomo pipere lō/go zedoaria ⁊ croco. Reiteretur totiens do/ne curetur. Si vero fit a melancholia pur/getur primo cum geralogod. vel pillulis fe tidis premissa digestione supradicta ⁊ fiāt clisteria sepius ex istis. ℞. sene epithimi aā. ʒ.ℌ. elleborī nigri.ʒ.iij. centauree.ʒ.ſ. polipo dij.ʒ.ij. fumiterre blete aā. m.ſ. olei.ʒ.iiij. melitis.ʒ.iij. salis.ʒ.ſ. fiat clistere. Fiant fri/cationes ⁊ inunctiones capitis sicut dictus est de flegmate. Caueat hic epilepticus plus alijs a coitu ⁊ nucibus ⁊ cepis ⁊ por/ris a vino vero non sicut alij: quia cerebrus bumectat. Si sit a cholera venenosa purge tur primo cum pillulis istis. ℞. sene epithi. scamonee ana.ʒ.ſ. aloes.ʒ. iij. confice cum succo polipodij vel vino decoctionis ellebo ri nigri de quibus detur a.ʒ.ſ. vsq; ad.ʒ.ij. se ro cum itur ad lectum fine cena. Confortē/tur stomachus ⁊ caput cum oleo roℌ. diete/tur omnino sicut dictus est de epilleptia de sanguine. Cura analepsie atq; cathalepsie est fere vna ⁊ eadem omnino: quoniam ea/rum vtraq; materia non est in cerebro: sed solus vapor venenosus: quare oportet vt sta tim a principio materia purgetur. Post hoc vero fiat vesicatio vel cauterium super locū a quo infirmus sentit vaporem eleuari ⁊ p fundetur: ita vt comprehendatur intra cau/terium totus locus infectus: quia materias emundat. ⁊ cum fascijs legitur fortiter idez membrum bora paroxismi ne fumi ascēdāt in alijs fiat oīno sicut in causa flegmatica.

Emperica. Refert mesue presenti ca. au ctoritate alexan. q; pillule quibus nulle sunt fortiores ad epilepsiam flegmaticam et ar/threticam ⁊ podagram sunt iste. ℞. aloes col loquintide scamonee bdellij elleborī nigri corticis gūmi edere aā. partem. ſ. euforbij bauracb aā. ptem. ℌ. confice cum succo cau/lium. Dos est a.ʒ.ſ. vsq; ad.ʒ.ij. post dige/stionem ⁊ preparationē completam. Acci/dit autē nonunq; epilepsia a vermibus exi/stentibus in intestinis transmittentibus fu/mos pessimos ad cerebrum. Et signa eius sunt signa vermium scz concavitas oculorum et odor oris fetidus: ⁊ fricatio narium: ⁊ ob tenebratio faciei: ⁊ multitudo cibi cum ba/bitudine macra ⁊ stercore modico: ⁊ fit plu/rimum pueris ⁊ gulosis. Et cura eius est in terimere vermes: ⁊ postea eos adducere: sicut dicetur ca. de colica. C. de vermibus. Quandoq; vero fit ex sumptione cibi vene/nosi vel morsus cānis rabidi. Et de ipsis scri bemus tracta. de venenis lib. ij. si deus vo/luerit. Fit ⁊ quādoq; ppter cordis ⁊ cerebri infectionem aere corrupto. ⁊ de ipso dicem⁹ ca. de fe. epydimiali. Sciendū est q; epile/ptice alia debetur cura bora paroxismi ⁊ an te paroxismum. Nam bora paroxismi ℌm cōiter operantes. In omni specie epilepsie conuenit q; eger sit in loco obscuro ⁊ sicco sit tetunus si boram preuenerit ⁊ habeat emū/ctoria omnia munda aperta ⁊ leuetur caput sursum vt liberior sit inspiratio. extergatur spuma ⁊ aperiantur dentes cum cultello vt liberior sit inspiratio: ⁊ ligentur extrema: et proprie in cathalepsia. Fiat sternutatio cuz cōdisi vel pipere vel castoreo vel euforbio: ⁊ proprie in cathalepsia ⁊ analepsia. Sed nō fiat fricatio super caput in principio paro/xismi: neq; sternutatio: neq; approximatio odoramentorum calidorum: sed potius in fine. Et si paroxismus diu duraverit: fiat cli stere acutum dictum ca. de litbargia ⁊ rupto rium approximetur capiti dictum ibidem. Postea in fine paroxismi conueniunt loca/lia resolutiua consumentia materiam: sicut est odor rutbe agrestis frequentatus vel pul uis rutbe ficce naribus insufflatus vel pul/uis seminis eius vel succus rutbe viridis na ribus instillatus. Extra boram paroxismi re gatur sicut in metbodo scriptū est. Caueat ab esu carnium caprarum ⁊ piscium oīno et caulium: īmo epar caprinum vel bircinum comestum vel subfumigatio facta ex galba/no ⁊ mirrba vel vngulis caprarum detegū t omnē epilepsiam. Similiter ⁊ fungi si come/dantur. Caueat a balneo superfluo: qz ner/uos mollificat ⁊ cerebrum bumectat. Dici/tur q; omnis odor malus ledit cerebrum epi leptici preterq; odor rutbe castorei armoni aci oppoponaci facti vsu moderato. Cena eius sit leuior prandio et semper in fine ci/bi vtatur stipticis: vt piro asso vel coctano

ꝛ somnū elōget sup̄ cibū. Itaꝯ sepe stoma/
cho ieiuno vy aſene cōfecto cum pliris arco
ticon: qz materias euacuatiōibus adaptat:
euacuatiōes vero fiant cū pillis ꝛ sine cena:
qz attrahunt a remotis. Ite in cura epilep/
sie nō negligant dicta in cura melie: qz fere
oēs epileptici sunt melici cū invtraq; paſ
sione materia grossa adherens viscosa cere/
brū occupet. valet etiā ꝓuocatio emorroū.
in corpore in quo esse cosueuerūt ꝛ flebotho
mia cephalice si sanguis sit i causa pcō q̄li
tatis ꝛ quātitatis. fric ꝛ ꝓuocatio mēstruoꝝ
ꝛ cauterisatio in summitate capitis vbi sunt
cōmissure vel in occipitio sub duob⁹ cornib⁹
vel supra cornua frontis. Sūmopere oīs
epileptic⁹ abstineat a comestione apij ꝛ ei⁹
fumo: ꝛ specialiter ꝛ pueri ꝛ mulieres iactan
tes: qz de ꝓprietate epilepsiā incitat ꝛ indu
cit i pueris. similiter ꝛ comestio superflua pe
trosillini ꝛ trifolij. Sed dicit ecōtra: ꝙ cū su
spēsione radicū peonie ad collū eius ꝛ cum
subfumigatione facta ex semine eius ꝛ cum
potione decoctionis aque radicum eius in
qua ponatur mel: plurimi visi sunt sanati ꝛ
ꝓprie infantes ꝛ pueri quoꝝ etas erat in/
tra annos septē. Scias etiā ꝙ vsus rutbe ꝛ
fizeleos in aqua ꝛ vino multū cōferūt ꝛ pul
uis celidonie cū zuccaro comest⁹. Preterea
si sumat ℨ. ſ. ꝛ ℈. puleueris celidonie cū ℨ. ij.
aque celidonie ꝛ cū ℨ. ij. aq̄ decoctionis mir
tillor ꝛ piperis lōgi auxiliat specialit post
purgationez. Sirupus digerens a ꝓprieta
te superfluitates in capite cōtētas est sirup⁹
de sticados: quē dicemus ca. de debilitate vi
sus. Arte autē sirupos faciendi ꝑ capite vel
mēbro corporis quocūq; dicem⁹ ca. ij. cū de
fe. differem⁹. Hec ergo sunt que cōferūt epi
lepsie sua qualitate. A ꝓprietate preterea
reperiunt q̄daz cōferre vt cerebrū vulpis in/
fantibus sepe datum: facit em̄ vt nunq̄ fiāt
epileptici. Item ossa hominis ꝛ proprie cra
nei puleriſata ꝛ combusta sumpta stoma/
cho ieiuno cuz vino decoctionis peonie ꝛ cu
bebarum ꝓsunt. Item odorare rutbam ꝛ ca
storeuz post purgationes confert a proprie
tate: vt dicit Mesꝛ. in suo de appropriatis
ca. presenti. Item piretrum conditum quod
sic fit sicut zinz. conditum a proprietate con
fert si sumat omni die. Similiter tyriaca et
metridatum ꝛ tbeodoricum ꝛ proprie post
purgationes. Item vesica apri cum tota vri
na exiccetur in furno ꝛ detur ex ea omni die
in mane cum oximelle ad tabe quantitatez
sanat epilepsiam: vt dicit Mesꝛ. eodem ca.
auctoritate alexandri qui se dicit expertum
fuisse in quodam curato vsq; ad tertiā diē.
Similiter ꝛ byrundines comeste vel ad fu/
mum assate ꝛ comeste in ieiuno: vt dicit ibi
dem. Item coagulum leporis cum aceto bi/
Tortura oris est inclinatio oris ⁊ labiorū ad dextrā vel sinistrā cuz impotentia claudendi alterum oculū ⁊ cum sufflatione ex latere vno tantū ⁊ cū precipitur vt sufflet: cognoscitur. Fit duobus modis scz de repletione ⁊ inanitione. de repletione quidē ppter aggrauatio nem neruorū ⁊ lacertorū faciei ppter dānū flatus super ea: ⁊ est spēs mollificationis. de inanitione vero ppter exiccationē cutis et neruorū. ⁊ est spēs spasmi. Signa eius q̄ de repletione sunt pigritia in motu sensuū turbatio saliue ⁊ sputi multplicatio. ⁊ q̄ sentit egerit in vtraq; pte leuitatē nūc extensionē et pellis feruet ⁊ inflat ⁊ est extensa sine rugis et inclinatio faciei assidua ad inferiora: ⁊ est palpebra inferioris oculi parte gibbose demersa ad inferiora ppter aggrauationem. Signa eius que est de inanitione sunt sensuum turbatio modica rugositas cutis in pte vna ⁊ extensio eius in parte altera: ⁊ paucitas sputi ⁊ saliue: ⁊ q̄nq; indurant̄ lacerti et cōtrabunt̄ superius: quēadmodū in ea q̄ de replettione relaxant̄ ad inferius: vt dicit Alexan. in isto ca. Et certi⁹ signū q̄ō esse pōt: est: qz p̄cessit inanitio multa vel a fluxu ventris vel a febre ardua: vl̄ febre cronica humorali vel etbica ⁊ similibus.

Methodus.

Cura tortura de repletione ē eadē cum cura paralisi facte būoris vitio ex parte purgationis ⁊ inūctionis emplastrationis ⁊ dietationis. Insup̄ post purgationes fiant gargarismata cū oximelle squillitico ⁊ aqua decoctionis sticados. piretri ⁊ nucis muscate ⁊ masticare eam valet in omni tortura humida a proprietate: post illud fiat masticatio dissolutiua cum pilulis ex piretro pipere ⁊ sinapi ⁊ cera cōfectis. deinde stiptica ex mastice vel thure. vngat̄ locus et spondiles ceruicis cū oleo de spica. vel de lilio in quo dissoluta sint piretrū. oppopona cū ⁊ sinapiū puluerisando ea subtilissime et miscendo cū oleis p̄dictis ⁊ cū oleo anetino in quo dissoluatur euforbiuz vel castoreum vel vtrūq; q̄ hoc est fortius predictis: ⁊ ponantur ventose ⁊ emplastra rubificattiua super ceruicē que dicent̄ ca. de catbarro. Vltimo fiant cauteria duo. vnū scz in occipitio et aliud in radice mādibule partis torte nō gibbose. Cura torture de inanitiōe si sit possibile est vt humectetur caput cum medicinis humectatiuis leuibus cuius est vaporatio faciei cum aqua in qua decocta sunt malua. viol. altea fenugrecū psillium ficca ordeū capita ⁊ pedes agnorum edorum arietum

pinguti & balneetur in ea vel in lacte dulci vel vaporetur cū oleo de lilio tepido: q3 licz butusmodi oleū vel de spica sint sicca virtualiter: sunt tamen humida substantialiter sicut et omnia olea & tēdatur cutis frontis ad inferiora: deinde ligetur cū fascia vt ibidē cōfirmetur donec tortura cessauerit omnino.

Emperica.

In omni tortura conuenit vt patiens sepe intueatur speculū & conetur flectere labia & os in contrariū torture. Item in tortura humorali cōuenit dieta sicca siue dieta sit sicca virtualiter vt est fames labor & ieiunium & sudor: siue substantialiter vt cibi assi vel cocti conditi cū speciebus calidis siccis: vt. ℞. nucis mus. ʒ. ſ. piperis longi castorei gallange. añ. ʒ. ſ. ʒ. edoarij. ʒ. ſ. terantur & cribellentur. Item post pillulas in cap. de paraliſi positas conferunt pillule de oppoponaco q̄ sic fiunt ſm Mesue. ℞. oppoponaci bermodactilorū serapini bdellij armoniaci colloquintide añ. ʒ. v. ℈. vide ibi. Item cū eui tet potum vini omnino vsq3 ad declinationem: q̄ si fieri non potest: bibat vinū artificiale. ℞. calamēti satureye salue mente baccarum leuri añ. & bulliant omnia in vino vl aliqua ex eis. vel possunt bulliri in aqua et ex illa limpbetur vinum. & iste potus maxime cōuenit in paraliſi humorali: & proprie in corpore delicato. Confert pretereavt eua ponentur sinciput & spondiles colli & mandibula tota & frons et tempora cū aceto forti albo in quo cocta sunt calamentum ysopus sticados. cētaurea donec consumptū fuerit acetū ad medietatē & emplastrent cū eisdē rebus. Ynungat collū & nucha in tortura būorali & paraliſi. simil & aures & pars tota cū vnguento isto: & proprie p̄cedente balneo stupbe ficce. ℞. serapini oppoponaci armoniaci bdellij euforbij. masticis. añ. ʒ. iij. dissolua tur primo in vino vl aceto deinde cōficiant cum oleo terebentino & laurino vel masticino añ. ʒ. ſ. & f. cere. ʒ. ſ. emplastretur collū et pars lesa cuz butusmodi. ℞. radicis rapbani extracto duro quod est interius: et incide frustratim & optime tere. deinde cū oleo laurino rutbaceo laterino & modico aceti & furfure sufficienti in patella decoque perfecte. Cauendo tamen ne tangat oculū quoniaz est vebementer mordificatiuū & exiccatiuuz & rubificatiuum. Abluatur omni bebdomada caput bis vel ter cum lixiuio. ℞. cineris vitis vel quercus & cum aqua permisce colla & in illa colliatura bulliatur rapbanus sticados saluia rutba satbureya mentastrum camomilla folia lauri & proprie stomachoreuno & in loco calido: ita vt posi boc fricetur caput vebementer cum pannis calidis donec perfecte exiccetur. In fine vero rei si nibil predictorum contulerit omnino fiat cauterium post aurem parte lesa per torturam. Cyrurgia enim in omni egritudine debet solum post desperationem omnium medicinarum exerceri cum sit medicina fortissima et a leuioribus semper est incipiendum & ad fortiora gradatim ascendendum: qui est ordo Mesue in suis de appropriatis illo ca.

Canones.

In tortura oris de repletiōe pe gibbosa est lesa: quare propter mollificationem cadit versus aliam. In tortura vero de inanitione pars curua est lesa: quare ppter cutis & neruorum corrugationem trabit aliam ad se. In prima igitur approxima medicinas locales magis parti connexe. In secunda vero magis parti concaue: in tertia tamē neutram partium derelinquas.

Pronosticatio.

Tortura vero de inanitione vt plurimum est signum mortale in febribus continuis arfluis & in consumptione corporis etbici. propter quod ait Ypocra. primo pronosticorum Primo igitur faciem egri pernotabis &c. Facies autem autem tornatilis est mortalis. Cognoscit aūt tornatil ex quinq'q̄ sunt temporū macilēcia & cōcauatio oculorum & acutias nasi et feditas coloris & spasmosa dispositio oris & labiorum: vt ibidē edocet cōmētator. Item si tortura repletionalis p sex mēses durauerit aut nūq̄ aut difficiliter curat ppter sclirosationē materie. Item saltus faciei precedit torturam humoralem tortura paraliſim aut spasmum de replone aut apoplexiam aut epilepsiā. Item si tortura fortis supuenerit in q̄ttuor diebus interficit quos si transierit: curari potest: sicut dictū est

tu cap̄.de thetbano. Ité tortura būoralis vt plurimum accidit:tortura vero spasmosa fiue de inanitione rarissime.

¶ De tremore. Capitulū.liij.

Remor est motus cordosus siue reciproc⁹ mēbroꝝ neruosorum scz capitis manuū vel peduz cū difficultate fixiōn. eorūdez. Qō si cōsideres tremorē prout est actio lesa motus naturalis est species rigoris q̄ fit in fe. interpollata:sz de hoc nihil ad p̄sens capl̄z. Est ergo motus cōposit⁹ ex motu naturali grauiū deorsum:t motu volūtario virtutis motiue sursum regitiuo mēbri vel corpis totius:t marie morbi ex quib⁹ q̄si pugna assidua cōsurgit. Sz stupor est passio neruosa: et est idē qō formicatio siue dormitatio mēbri:ppter quā videt̄ homini:quasi formice ambulant sup mēbro qō fit.idcirco qz in vna minima pte formali mēbrum sentit quoddā et in alia nō:t in alia iterum et in alia non. Fiunt ambe he passiōes quandoqz a causa p̄mitiua:quādoqz a causa antecedēte. A cā q̄dem p̄mitiua fit tremor:puta casu vel p̄cussione facta sup mēbrum:ppter quā cōtunditur vel incidit⁹ neruus mot⁹ vt necq motū pfectū facere valeat:necq fixionē. Fixio nāq procedit ab eadē virtute t p eosdem neruos per quos t mot⁹ voluntari⁹:vt dicit Gal'. in cōmento illo pnosticoꝝ super illo x̄bo. Bonum est egrū in altero lateruz inuenire iacētez. A causa etiā p̄mitiua fit stupor vt ppter situm malū cruris aut pedis aut brachij ppter qō minus libere possunt spūs a'ales p neruum trāsire ad illū membri sensum t motum exercendū oppilatione vel viarū incuuatione pbibēte. A causa x̄o antecedēte bumorali babēt fieri ambe passiones: vtpote propter dīnuz sanguis vel flegmatis super neruos mēbroruz tremulosoꝝ t stupidoꝝ. habent etiā fieri ppter potum vini supfluū. Vinum enī a pprietate siue substātie ad neruos rapit:q̄propter si digestuz ad ipsos peruenerit sanguinē supfluū facit. Si x̄o indigestum flegma abūdare facit. Habēt etiam ambe passiones quādoqz fieri a frigiditate sine materia cum frigiditas sit qualitas cōtrarians aīalibus. Et ideo Auic. p̄mo can. de virtutib⁹ ministrātibus.dicit qō frigidū est paraliticū faciens. Accidūt etiā nōnūq̄ ambe passiones ex debilitate naturali neruorum:que debilitas nihil est aliud q̄ raritas cōpositionis vel delicatio cōplexionis eorundem. Signa tremoris vel stuporis a causa primitiua sunt manifestata ex re ipsa Signa earum a causa antecedēte sunt:quia si fit sanguis apparet facies carnosa rubea vel fusca: et vene aperte in collo et dulcedo saliue t antecessio ciborum multiplicantiuz sanguinē. similiter t vrina rubea grossa. Si x̄o sit flegma apparet color facieial. t pallid⁹ t habitudo mollis squallida cū pigritia motuū t vrina alba spissa humorosa t antecessio gulositatis t indigestionis assidua perdurans t fastidij t rerū generātiū flegma. Signa eoꝝ cuz sint a qualitate frigida sine materia sunt habitudo melica macra:t cū tangit̄ corp⁹ sentit̄ frigidum t antecessio ambulationis t more in aqua vel aere frigido:propter quod musculi labioruz omnes spasmantur vt quis intelligibiliter t prompte non loquatur. Similiter t statio perdurans in rupib⁹ umbrosis ppter quā mortificantur calor t spūs lacertoruz sicut accidit incarceratis t captiuis inter muros. Signa eoꝝ cū fuerint a potu vini superfluo:qz aduenit bibulis:t ppte vinum bibentib⁹ siue potantib⁹ per se in ieiunio cum raritate neruorum t eoꝝ imbecillitate per naturā. Signa tremoris causati a debilitate mēbri vel virtutis:scz qz patiēs deiicitur ex quocunq̄ exercitio moderato:vtpote ascendendo scalas vel trabēdo vel tenendo aliquid firmiter in manu. Et quia non potest tolerare laborem fortē stando vel currendo:quare statim tremit eius corpus:t antecessio egritudinuz cronicarum est verior in significando.

Methodus. Cura tremoris t stuporis facit a causa primitiua est vt primo curetur artritio:quapropter ponantur vnguenta t emplastra anodina sup locū donec dolor quieuerit posita i cura paralisis a casuz pcussiōe:filr t in cura spasmi.deide p̄horteñt nerui cū oleis stipticis:vt masticino vel de castoreo. Cura

eoꝝ si fuerit vitio sanguis qō raro ꝓuigit ēvt ꝑmo fiat flebothomia cephalice in brachio vel manu sinistr⁹ ꝛ etas ꝓsenserint: deinde cū pillulis cochijs purget vel yerapigra: fit cō tentus de potu ydromellis vel tulep: gargariset oximel squillitic cū aqua ysopi. post purgatiōes vngant mēbra cū oleis tam dictis: vel cū vnguētis arrogō marciatō agrippa: toleret famē ꝛ sitim ꝓposse: exercitet et sudet in ieiuno. Cura eoꝝ si sint vitio flegmatis qō est vt plurimū est cura paralitis facte bumoris vitio: qm tremor talis est ꝙdaz paralisis diminuta vel ꝓcipiata. Cura eorum si sint a qualitate frigida sine materia est eadem cū ea ꝙ de flegmate ꝓtet qō nō est op⁹ purgatiōe ꝫ alteratiōe sola cū oleis vnguētis emplastris balneis ꝛ dieta: qꝛ vbi indigētia nō oportet laborare. Cura eoꝝ si fuerit a potu vini supfluo est abstinere ab illo: qꝛ in omni motiōe corporis cum ꝙs ꝛc. Et cōfortent cor ꝛ cerebꝝ cū electuario pliris vel dyantbos. Cura tremoris ꝓpter debilitatē virtutis est cauere a labore ꝛ exercitio fortī omnino ꝛ vti cibis ꝛ potib⁹ impinguantibus: vt est caro bona ꝛ ius carnū cōditum cuꝝ speciebus aromaticis atq; inspissatum cum vitellis ouoꝝ ꝛ vinū claruꝝ bonū aromaticū in odore vel claretum: ꝛ vti speciebus ꝛ electuarijs dictis ca. de paralisi. ꝛ confortare neruos ꝛ iūcturas atq; mēbra lacertosa cum vnguentis ꝛ oleis dictis ibidem. et plura dicem⁹ cap̄lo de arthetica passione.

Emperica.

Dixerunt excellētes ꝙ in tremore ꝛ stupore factis ex cā bumorali ꝓferūt trocisci de sticados a ꝓprietate: ꝛ ꝓpter ꝓpter post purgatiōes bis vel ter frequētatas ꝙ fic fiūt. ℞. sticad. ℥. ß. ysopi. ℥. ß. peonie. ℥. iij. fiāt trocisci cū muscillagine dragagāti melle ro. ꝛ fit vnusquisq; in pondere aur. ß. dētur in aurora cuꝝ aqua decoctionis sticad. ꝛ mellis.

Canones.

Scias ꝙ cognitio bumoris facietis egritudinē nō semp potest p interiora cognosci accidentia: qꝛ potest bumor peccans intus in profundo accumbere: ꝛ alius nō peccans in superficie apparere: vt dicit Galenus in cōmento illius ampb̄. In perturbationibus ventris. Si vis ergo certificari de bumore peccante sit boc per exeuntia ꝛ iuuantia ꝛ nocētia: vt dicitur nono de ingenio sanitatis. Effectu eiī operis vnaquaq; actio cōprobat: vt dicit Galenus in cōmento illius amphorismi secunde particule. Ubicunq; cibus. et iste canon non solum in passionib⁹ neruoꝝ sed etiā in omni morbo materiali: ꝛ proprie membrorum ꝓfundō. perfectus reperit cū perfecta morbi cognitio sit ei⁹ semicuratio: vt dicit Gal. in lib. de se. ad glanconem.

Pronosticatio.

Stupor ꝛ tremor a quacunq; cā fiant super paralisim illi⁹ mēbri aut apoplīā futuraz significat. Itē tremor ꝛ desipiētia accīs ebrio sis apoplexiā minat. vñ Ypoc. vij. parti. ambb̄. Et ex multa potatiōe rigor ꝛ desipiētia malū. Itē stupor vel tremor si fiant a casu vel percussione ꝛ post curationē attritiōis ꝛ cōsolidationē vulneris remanserint: raro vel nūq; curant ꝓput in ca. de paralisi dixim⁹. quia passionē significat ꝓfūdatā fortevsq; ad neruos. Itē si stupor ꝛ tremor fiant a casu ꝛ percussione ꝛ remanserint post dispositionē vnā ꝫ rationabiliter medicus operet: significat ꝙ curari non potest. si vero ceperit de die in diē minorari dispositio potest curari. Item stupor ꝛ tremor in senibus non curantur.

De alitatione ꝛ oscitatione. Capitulum quintum.

Alitatio exēsio alarum. i. brachioꝝ ꝛ crurū. Fit autē ꝓpter vētositates mīras elevatas ab bumoribus flegmaticis vel multitudine cibi indigesti replētes neruos ꝛ lacertos inducētes in eis lassitudinē siue laborez pōtaneū extēsiuū: quē mēbra musculosa sentiūt sensatiōe ꝙdam naturali: qꝛ oē mēbrum corporis nr̄i sentit iuuamentum: vt ipsum attrahat: et nocumentum vt expellat cum talis sensatio sit opatio ꝛrutis naturalis nutritiue ꝛ aialis non cognitiue quaz auerroes cōbo colliget supra doctrinā Gal. addidit ꝛ discretiuā nūcupauit: ꝙre extēdunt ꝛ mouētur vt illā vētositatē expellāt: ꝛ ideo fit motus me post quietem ꝛ somnum: ꝛ in habentib⁹ nauseatiuam satietatem. Oscitatio ꝛo est

aptio oris propter vētositates expellendas ascendentes a stomacho per meri vel inclusas in musculis ⁊ neruis mandibularū: ⁊ tō fit maxime post somnū ⁊ octū: qz sicut vigilie ⁊ labor ventositates carminant: ita somnus ⁊ quies ipsas augmentant.

Methodus.

Cura ista rū passionū est ea dē oīno. Si igit habitudo sit carnosa ⁊ vene apparētes ⁊ color faciei rube⁹ ⁊ subniger ⁊ p̄cesserit vsus ciboz multiplicantiū sanguinē fit flebotbomia cephalice quā sequit̄ fames labor inanitio sudor ⁊ vsus ciborū ⁊ sapor sanguinem diminuentiū: vt sunt lentes agrestā vinū debile limphatū ad medietatē Si vero habitudo scalida flegmatica ē color albus pallidus ⁊ añcesserit satietas nauseatiua ⁊ nō apparuerit vene in oculis ⁊ facie digerat̄ flegma cū oximelle cōposito vel sq̄llitico ⁊ euacuet̄ cū pillulis fetidis vel cū cibis vsitatis vel cū b̄ndicta. vtat̄ cibis calidis ⁊ cōditis cū pipere lōgo gallāga zedoar ⁊ filibus ⁊ bibat vinū bonū ꝛ in qua q̄tita te post euacuatōes balneet̄ ⁊ sudet ⁊ laboret

Empirica.

Hpo. docz curare istas passiones cū potuvini boni limphatī vsq; ad medū vini p̄pter digestionē. limphet̄ vero ppt impedimentū qō vinū purū infert neruis. vñ Hpo. ait. vij. pti. amph̄. Alices ⁊ oscitationes vinū mensurate bibit: soluit egritudinē: p mēsura te intelligit debere esse tm̄ aque q̄tū vini: ꝛ credimus hūc amph̄. verū esse maxime i cā flegmatica q̄ sept⁹ cōtingit: nō, i sanguinea. Credimus p̄terea verū fuisse tpe Hpo. sed nō modo: qz in p̄nti vinū causat istas egritudines ꝓpter ipsius vsum superfluū. Itē Aut. tij. canon. p̄senti ca. dicit q̄ masticatio acorti a ꝓprietate curat istas egritudines: ⁊ proprie post euacuationem.

Canones.

Scias q̄ in cura cuiuscūq; passionis hūoralis ⁊ ꝓprie cū corpus plectoricū vl̄ cacochimū videt̄: h̄ tria sūt p ordinē fiēda. s. euacuatio vlis ⁊ euacuatio ꝑticularis siue ꝓpa ⁊ remedia localia. vbi gr̄a. In passiōe capitis vitio flegmatis p̄mo opz euacuare flegma cū farmaco a corpe toto. deiñ approximare sternutatoria gargarismata ⁊ masticationes ⁊ caputpurgia. Ultio vo applicāda erūt empla vnguēta resolutiua fricatiōes ⁊ balnea. Rō aūt canonis ꝑm Gal. xj. de inge. sanitatis. vbi loquens de cura apatū interioz ait sic. Si nāq; calida resolutiua localia applicabunt in p̄ncipio magis attrabent ad locum ex eo q̄ oē resolutiuū est attractiuū cū plurimā materiā inuenit: nisi fortasse mellilotū aut camomilla q̄ sūt leuia: vt excepit Aui. ij. can. ca. de melia. Si vo p̄mo approximet̄ repcussiua frigida circa mēbrū: tūc frigq; mēbra circū iacentia nō susc̄ipient materias cum supponat̄ corpus esse plectoricū. Si vo p̄mo fiat euacuatio ꝑticularis ⁊ ꝓpa euacuabit̄ q̄dā materia p̄sens: ꝛ alia loco eius attrabet̄ a membris vicinis.

Pronosticatio.

Oscitatio ⁊ alitatio cū multiplicāt̄ p̄ter solitū repletionē humoralē signific̄at immediate: sed febres putridas mediate: vt dictū est Ventositas vo eleuat̄ a materia semicocta et indigesta: vt dz. v. de accidēti. q̄ si calori naturali nō obedierit: putrescit ⁊ fiet p consequens cā añcedēs: ⁊ deiñ cōtūcta febrīū putridarū. Et in hoc finit̄ tractatus secundus.

¶ Tractatus tertius p̄me sectionis.
De oculorum passionibus.

Oculorum

passiones ꝛ sint diuerse: verūtñ qñ ip̄az cognitio vt plurimū corpal⁹ circa medicoz assistentia: per parū a scripturis libroz ad discit̄: idcirco dicam⁹ tm̄ de quattuoz famosioribus: que sunt obtalmia: lachrymositas: visus debilitas: ⁊ fistula lachrymalis.

¶ De obtalmia. Cap̄. j.

Obtalmia ē apostematio oculoz ⁊ palpebrarum cū dolore multo vel pauco. ⁊ qñq; fit in altero oculorū tm̄: qñq; in vtroq;: qñq; in parte oculi tm̄. Fit aut̄ a causa p̄missa: ꝛ fumo. sole. puluere. casu vel p̄cussione ꝓpter aliqō istoz inducit̄ dolor in oculo: ꝓpter qō materie cōcurrūt ad locū ⁊ iducunt

aqua.aut a cā būoꝛali ſimplici vel cōpoſita. Signa eius q̄ fit a cā primitiua ſunt añceſſio alicui? iſtoꝛū:ad qō ſtatim ſequit obtalmia quod ſcies ex relatione egri. Signa ei? q̄ a cā bumoꝛali ſi a ſanguine ſunt vehemētia rubedinis oculoꝛū in albugine ⁊ palpebꝛaꝝ ⁊ magnitudo tumoꝛis cū tēſione ⁊ apparitio venaꝝ in oculis ⁊ fronte ⁊ doloꝛ grauatiu? ⁊ multitudo lachꝛymarū cū lippitudine. Si fit a cholera fit doloꝛ pūgitiuus q̄ſi fiat ab acu vel ſpina:⁊ curſus lachꝛymarum adurentiū maxillas excoꝛiantiū loca ſup q̄ currūt:ſz tumoꝛ ⁊ tēſio eſt minoꝛ q̄ꝫ i ſanguie ⁊ coloꝛ rube? ꝝgēs ad citrinū. Si fit flegma fit doloꝛ grauatiu? nō plurim? iflatio oculoꝛ magna abſq; rubedine q̄ cū tāgit:cedit digitis ⁊ fit ipreſſio i loco ⁊ multitudo lachꝛymarū aquoſaꝝ cū lippitudine indigeſta ⁊ babitudo copis būida. Si ꝛo fit a melā qō raro fit:appet nigredo coꝛpis totius ⁊ extenuatio ei? tumoꝛ oculoꝛ pu? paucitas rubedinis et lippitudinis ⁊ lachꝛymaruꝫ. Si ꝛo materia ſit compoſita ſigna adulterabuntur ꝑm conditionem ſimplicium.

Methodus.

Cura obtalmie q̄ fit a cā ꝓmitti/ua eſt tranquillitas ⁊ quies ⁊ vt nonvideant lumen per aliquos dies:quia in omni motione coꝛpoꝛis ⁊c. Humectentur ſeu abluantur oculi continue cuꝫ aqua decoctiōis roſ. nenupb. violaꝝ. vel cum aqua ro. in qua pſillū ⁊ camphoꝛa ſint infuſa. Et ſi per hoc pbibeat apoſtema bene eſt:ſinautē curet ſicut dicet poſtq̄ malā fluēs fuerit cognita. Cura ei? q̄ fit a ſanguine eſtvt ꝓmo curet p flōmiā baſilice dexꝛe ſi coꝛpus plectoꝛicum ſit: poſtea flōmet cephalica ptis ōꝛis:vl ſopbena partis eiuſdē:vltio ꝛo cephalica ptis leſe Et ſi neceſſe fuerit:flōmet poſt hꝛ vena recta frōtis vel ꝓuocet fluxꝰ ſan. narīū vl diuertat materia ad partē poſterioꝛē cū ſcarificatiōe aurū ⁊ vētoſatiōe colli ⁊ cauteriſatiōe ipſi? cum ferro aut cātaridib?:aut ad ptē ſupioꝛem cū ſcarificatiōe verticis ꝓfundata poſt raſurā capilloꝛ:deide purget cum medicina ſanguinē mūdante. Rꝛ. māne. ℥. ij. tamaꝛindoꝛ. ℥. ſ. ⁊ ℈. diſſoluat cuꝫ aqua decoctionis ꝓunoꝛ ⁊ fit aqua nō vltra. ℥. vj. nec; infra. iiij. detur totum in matutinis:deinde diſtillent repcuſſiua intra oculum ſicut eſt lac mulieris. mēte. roſ. aloe. licij. ſandal. gallaꝝ croci ana. ʒ. ij. teranꝫ invltio atq; cribellētur ⁊ fiāt ſiet. i. trociſci qui exiccant ivmbꝛa Et cuꝫ vtivoluerīs:diſſoluevnū ex eis i aqua roſ. vel ſucco plātaginis vel endiuie:⁊ liniatur ſepe intra oculos ⁊ ſupꝛa frōtē circūquaq; q̄ñ materias repercutit: mēbꝛū fortificat:⁊ pbibet apoſtema. Silr ſupꝛa oculos ⁊ timpoꝛa ponat illud emplaſtrū. Rꝛ. folioꝛ ſolatri virge paſtoris arnogloſſe teneritatuꝫ rubi folioꝛ vitis ⁊ endiuie ſe. papaueris cicoꝛee acetoſe ſemp̄ue floꝛ camomille ro. rub. añ. m. ſ. piſtent ⁊ bulliant in aqua ⁊ incoꝛporent cū farina ordei ⁊ ponat tepidum ſup locū:vel ſup frōtē ⁊ oculū pelle linee infuſe in ſucco ſolatri ⁊ aqua ro. ⁊ aceto. In augmētovero ⁊ adbuc magis in ſtatu addant aliqua reſolutiua cū repercuſſione:ſicut eſt emplaſtrū tale. Coquant tria poma in cineribusvel p̄unis ⁊ mundent:⁊ cū eis incoꝛporent tres vitelli ouoꝛ ⁊ ſemē lini:⁊ tepidum ponat ſup locū. boꝛa vero foꝛtis doloꝛis ⁊ ꝓpꝛie in p̄incipio ſtillet collirium albūm in oculum quod ſic fit. Rꝛ. ceruſe ablute. ℥. iiij. ſarcocolle nutrite in lacte aſine vel mulieris donec fiat ſicut mel currens et ex boc ſtilletur ſepe in oculis: quoniam doloꝛem ſedat ⁊ materias repellit atq; vlcus ꝓbibet vebemēter. Abluantur p̄eterea et fomententur facies manus et pedes cum aqua decoctionis flꝛum camomille melilloti ro. plantaginis cicoꝛee: quia diuertit materias. Bibat aquam decoctionis p̄unoꝛum vel berberis: vel aquam mixtam cum aggreſta vel vino granatoꝛum: ſed neq; aquaq̄ vinum niſi fꝛte in declinatione: tunc namq; poteſt bibere vinum album debile limpbatum gradatim a multo ad paucum. Nutriatur cibis paucum ſanguinem generantibus: ſicut lactucis poꝛtulaca farina ordei vel auene. Quod ſi virtus fuerit debilis vtatur carne pullꝛum vel edoꝛum alterata cum berbis p̄dictis vel ſeminibus eoꝛū:vitet cibos et potus vapoꝛoſos:et ſimiliter allia cepe vinum poꝛros. vitet etiam turbida ſan. turbantia:vt caules fabas lentes ceruiſiam ⁊c. Diminuat cenam ꝓpoſſe ⁊ ſomnum multiplicet:ſed non ſtico ſup cibum:quoniam ſomnus ⁊ leuitas

ventris oī die sunt medicamē bonum in oi obtalmia ⁊ ppte de causa calida. In statu vero adhuc magis in declinatione stillet in oculos ex collirijs q̄ dicemus. Cura ei⁹ que fit a cho. est vt a p̄ncipio mūdificet cum medicamine supradicto vel isto. ℞. aque decoctionis prunor. ℥.iiij. in q̄ cū fuerit feruētes ponant. ʒ.ij. reub. puluerisati ⁊ dimittat sic per horas.xij. postea colet ⁊ in collatura illa ponātur. ℥.ij. sirup̄. ros. vel viol. vel sirup. de nenup̄h. ⁊ detur totum ante die. Deinde secure fiat flōmia cephalice man⁹ partis lese vel ventosatio in spatulis ⁊ collo: q⁹ sicut posteriora capitis dolentia in frōte recta vena incisa iuuat vt dicit Ypocra. ita cōuerso q⁹ diuersio materierū a loco oiquaq̄ iuuat. et ponant embroce ⁊ empla repcussiua sup locum dicta superi⁹. Sed plus addat de solatro ⁊ acetosa q̄ in obtalmia de sanguine fomentētur manus ⁊ crura ex aq̄ calida supradicta: qm̄ materias diuertit. ad extoriora. Stilletur in oculos muscillago psillij vel muscillago se. citonior. ⁊ si dolor fit fortis dissoluatur in eis opij granū. ſ. ligentur ad tutoria ⁊ coxe vsq̄ ad dolorē. in fine ponat collirium albū supradictū in oculos: nisi q⁹ loco sarcocolle ponī dr̄ psillij. ʒ.ſ. i aliis fiat sicut prius. Cura ei⁹ que de flegmate est vt purgetur a p̄ncipio cum pillis cochijs vl' cū his. ℞. turbith .ʒ.ſ. ⁊. f. ʒinzi .ʒ.f. ʒuccari. ʒ. ij. terant ⁊ misceant. ⁊ detur totum in mane cum aqua decoctiōis feniculi. Sup oculum ponat empl'm calidum factū ex farina fenugreci ⁊ muscillagine ei⁹ ⁊ flor̄ camomille ⁊ melliloti pistando oia ⁊ incorporādo cū muscilagine fenugreci ⁊ dragaganti. Et potes addere duo vitella ouorū: q⁹ bonū fit ⁊ anodinum. Deinde post. vj. vel vij. dies ⁊ post duas mundificationes ad plus pone supra oculū ⁊ intra collirū de sarcocolla mūdificatiuum ⁊ incarnatiuū vlcerum oculor̄ qō sic fiat. ℞. sarcocolle nutrite in lacte mulieris. ʒ.iiij. licij aloes dr̄ag. añ. ʒ.ij. spume maris croci añ. ʒ.ſ. ⁊. f. succi celidonie. ʒ. iij. terant subtilissime: vt alcohol ⁊ dissoluant in vino albo ⁊ aqua colletur ⁊ liquidum ponat in oculum. Bibat aquā mellis vsq̄ ad declinationē vel aquā decoctionis iulubarū ⁊ mellis: comedat aquā ciceri farinā vel auenam. Congiātur cibaria sua cum puluere facto ex cinamomi. ℥.ij. cardamī. ʒ.ij. croci. ʒ.ſ. Cū aūt morbus declinauerit: cōedat carnes pullorum vel edorū coctas cum feniculo petroselino. borrag. spinarg. ⁊ fil'ibus. ⁊ tunc potest bibere vinum albū debile limpbatū. Fiant ablutiones manuum facies ⁊ pedum cū aqua decoct. absinth̄. mell'. ro. rub. florū camo. Cura eius q̄ est de melia est vt p̄mo purget cum pillis fetidis vel dyasene: deinde post mundificationem oī die abluant semel vel bis manus facies pedes cum aqua decoc. fumi terre absinth̄. ro. ru. viol'. melliloti. ⁊ balneet in aqua dulci ⁊ inclinet facie super vapore. Cura eius q̄ est de materia cōposita est cōpositio remediorū p̄m exigentiam sue cause.

Emperica.

Dicit Ypocr. vj. parti. āp̄h. dolores oculorum meri potio sanat aut lauacrum aut piria aut flōmia aut farmacia. qō p̄tractans gal'. in cōmento ait. q⁹ conuenit meri potio si fuerit obtalmia de fl'ate vel melia: ⁊ in corpore non plectorico ppte ⁊ p̄missō balneo aque dulcis: sed op̄z vt sit merus limpbatus parūper: ⁊ post eius potum dimittatur patiens dormire. per hoc enim materia grossa ficca vel viscosa subtiliabitur ⁊ humectabitur vt fluere possit ad extra oculos et dolor cessabit. Cōuenit lauacrū. i. balneū aque dulcis saluis trib⁹ cōditionib⁹. q̄rum p̄ma est vt corp⁹ sit bñ euacuatū euacuatiōe vl'i. sc̄da est vt materia sit acuta. ſ. cholerica vl' de flāte salso. tertia vt materia remanēs sit pauca sic nāq̄ balneū euacuabit relīq̄as euacuationis p̄misse. Cōuenit aūt piria. i. fomētatio oculor̄ cū spōgia imbibita in aq̄ cal'a dulci deīn exp̄ssa donec fiat aliquātulū rorida q̄si ficca vl' pira inclinatio capitis sup vapores aq̄ calide dulcis sicut ⁊ balneū cōpetit. Nec in hoc refert q⁹ si materia sit p̄lima augmentat dolor oc'or̄ p̄pter attractionē. ⁊ sic dirigit nos i curā artificiosaz q̄ ē q⁹ euacuare debem⁹ corp⁹ añ piriā. Si vo mākia fit pauca pfecte resoluet. Cōpetit flebothomia si corpus abūdet in sanguie solo ⁊ i oib⁹ būoribus fil'equal'r: qm̄ flōmia euacuat m'ritudinē vt di. Aluic. Cōpetit farmacia si ali⁹ humor a sanguie fit cā obtalmie. Ite dicūt exptiq⁹ alii q̄d oī ro. cū duplo ei⁹ vinor̄ g̃riatorū aceto forti ꝙquassatū ⁊ positū sup rubedinē ocu-

li vel sanguinē qui est ibi ꝓpter fricationez
pcussionē sequenti die vel tertia curat ꝛ ꝑ
prie post purgationē vel flōmiā vel scarifi
cationē in collo ꝛ spatulis. Collirīū exptum
ad omnē obtalmiā ex q̄cunq; causa fuerit et
quocūq; ipe morbi ꝛ ad oēm visus debilita
tem sic fit. ℞. turbie extincte in aceto tribus
vicibus: ꝛ sex vicib⁹ in aqua ros. ʒ. ij. ita ꝙ
post quālibet extinctionē remoueat acetum
et aq̄ ros. lapidis calaminaris vel ematbi
tes extincti in aceto. ij. vicibus ꝛ i aqua ros.
tiij. vicibus. ʒ. ſ. coralli al. ꝛ rub. añ. ʒ. ij. ossis
sepie cāphore. añ. ʒ. ſ. aq̄ ros. q̄ sufficit: terā
tur oia vt alcobol, cribellent ꝑ pānum seri
ceum depssum ꝛ cōmisceant cum aq̄ ros. si
cut decet collyria: ꝛ ex eo stilletur frequenter
in lachrymali: qz repcutit: stipticat ꝛ abster
git: quare cōfert etiā in fistula lachrymali ꝛ
fluxu lachrymaꝝ cuz lippitudie. Sz tūc loco
aceti ꝛ aq̄ ro. capiat a q̄ feniculi ꝛ aq̄ celido
nie ꝛ aq̄ rutbe ꝛ vrina pueri masculi nōdū pol
luti. Et in cā obtalmie cholerica pōt addi
licij acatie amili dragāti. ʒ. ſ. In cā vero fle
gmatica pōt addi sarcocolle inticte in lacte
mulieris. ʒ. ij. in cā vero melica climie auri
lote ꝛ postea adustę ꝛ extincte in lacte multe
ris. ʒ. ij. In doloze fortī pōt addi ceruse lote.
ʒ. ij. opij boni. ʒ. ſ. ꝛ est descriptio magistra
lis aggregata ex autēti. mes. ꝛ almās. Pul
uis cōferēs omni obtalmie ꝛ inflammatiōi
oculoꝝ ꝛ fluxui lachrymaꝝ ꝛ pruritui sic fit
℞. tbutbie lap. ematbitis. añ. ʒ. tij. litij. cli
mie auri amili. añ. aureum. ſ. spice opij su
mach. ana. ʒ. ß. aloes rubei. boni. ʒ. ſ. zuccari
tabarzetb. ʒ. iij. ß. ex omnib⁹ puluis subtilis
simus ꝛ imbibe vice vna in aqua mirabola
norum citrinoꝝ. ꝛ vice alia in succo feñ. ꝛ vi
ce alia in succo corlandri recētis. quarta vi
ce in aqua sumach. ꝛ quinta vice si est tēpus
cum succo granatorum musorum: itavt post
quālibet imbibitionē exiccet ꝛ curat pfecte.
vltimo xo misce cū eis cāphore quartā par
tem. ʒ. ſ. deinde iterum tere ꝛ cribra ꝑ findo
nem ꝛ reserua in vase vitreo bene obturato:
ꝛ pone ex boc puluere in oculos qz expertū
est: vt ōt Mes. i suo de appropriat. ca. de ob
talmia auctoritate hamec. Et si velles ex eo
facere collyriū sublime ad easdem intētiōes
ꝛ ad fistulā in lachrymali ponere, res ois
post quintam imbibitionē qñ sunt sub for
ma mellis currentis vel pultis in alembico ꝛ
distilles sicut faciendo aquā rosarum.

Dicit rab. in di
uisionibus ꝙ in
omni obtalmia
ex quacunq; causa fiat: confert balneū aque
dulcis in finib⁹ eoꝝ qō est post digestionem
materie ꝛ euacuationē. Confert pretereavt
medicine q̄ applicant oculis vl mēbris alijs
cerebro ꝓpinquis ne quaq̄ sint frigide vebe
mēter actu vel virtute: qz materias incuneāt
ꝛ mēbroꝝ nobiliuz destruunt calorē. Cōfert
similiter vt oculi non intueantur lucem: sed
sint in loco obscuro donec spiritus visibiles
congregentur ꝛ fortificentur.

Pronosticatio.

Obtalmia si nō curat̄ pducit ad fistulam in
aliqua tunicarū septē oculi: ꝛ deinde ad ce
citatē. Item Ypo. vſ. pticu. ampb. In oculis
patientem a dyarria accipi bonum.

De lachrymositate oculoꝝ. Cap'm. ij.

Luxus lachrymaꝝ trib⁹ fit modis
Prio post incisionē factā i cura vn
gule vel cataracte. ſcō ex effusiōe
multarū materiaruz ex cerebro ꝛ
ventis ꝛ arterijs que sunt sub craneo per ner
uos obticos. tertio ex effusione materiaꝝ ad
oculos exventis neruis atq; arterijs q̄ sunt ex
tra craneū vel q̄ apparent in timporib⁹. Et
vndecunq; fluxerit materia vel est acuta ca
lida: vtpote de choleravel flegmate salso: vl
est frigida bumida aquosa. Signa ei⁹ q̄ fit ꝑ
pter incisionē vngule vl alteri⁹ egritudinis i
oculo sunt antecessio talis cure. Signa ei⁹ q̄
fit ab būore acuto vl salso sunt prurit⁹ ꝛ ar
dor ꝛ iflāmatio i loco quē lachryme tangūt.
Et qz stomacho tetuno ꝛ tēpore calido ma
gis infestat. Et qñ vsus piperis allijꝝ cepa
rū ꝛ alioꝝ acutoꝝ nocet. Signa ei⁹ q̄ fit ab
būore aquoso fūt multitudo lachrymaꝝ sine
ardore loci sup quē currūt. Et qz ipe frigido
ꝛ post cibū multiplicant: ꝛ qz vsus ciboꝝ bu
morosoꝝ ꝛ nimi⁹ pot⁹ vini eas multiplicat.
vtrum autem fuerit extra craneū vel intra:
potest cognosci a tuuantibus et nocenti
bus rōnabiliter exhibitis ꝛ sensatione infir

fluxg lacrymaꝝ fit trib⁹ modis m

mi: et quoniam vena apparens vel arteria magis pulsat solito vel debito in tim/poribus: ⁊ est cuz maiori timore q̄ sint alie.

Methodus.

Cura eiꝰq̄ fit propter incisionem

factā in cura alicuiꝰ passionis oculoꝝ est vt post icisionē ꝓfortetur oculus cū emplastro qō sic fit. ℞.corticis granatoꝝ lentiū excoꝛticatarū plātaginis virge pastoris. aā. m.ſ. pistent ⁊ incoꝛporentur cū muscillagine dragaganti. Ad idē. ℞.succi solatri vel burse pastoris vel semputue. ℨ.iij. ⁊ misceātur cū bolo armenico sang.draco.terra sigillata ⁊ albumine out ⁊ ponant supra oculū ⁊ timpoꝛa ⁊ frontem. Cura eius que fit ab bumoꝛe acuto vel salso est vt premissa digestione materie cum sirupo de fumoterre vel si nō fit ꝑ/sto aliud cuz sirupo acetoso ⁊ aqua decoctionis rerum ducentium virtutez sirupi ad oculum: vt feniculus eufrasia nux muscata. purgetur cum pillulis cochijs de reubarbaro dictis capꝛo de doloꝛe capitis. Post hoc flebothometur cephalica partis eiusdem ⁊ super frontez ⁊ timpoꝛa ponatur emplastrum ℞. boli armenici. ℨ.ℏ. mastices dragaganti. aā. ℨ.ij. puluerisentur ⁊ misceantur cum albumine out vel muscillaginis dragagāti. Supra oculū ꝛo ponātur pecie infuse in succo sempeꝛuiue vel solatri mixto cum agresta ⁊ puluere glanꝺ. mirꝛbe ⁊ boli armenici: intra oculum ponatur collirium album: qō diximus capitulo de obtalmia sanguinis. Cura eius que fit ab bumoꝛe aquoso est vt premissa digestione cum sirupo de sticados. vel si ꝑsto non fit aliud cuz oximelle composito ⁊ aqua decoctionis feñ. vel basiliconis. Purgetur cum pillulis cochijs vel fetidis vel ꝛerapigra vel medicina de turbith. deinde fiat cauterium in vertice capitis vbi terminat medius digitus quādo radix manus patientis ponitur sup radicem nasi et profundet vsq̄ ad craneū ⁊ dimittatur apertum vno mense integroꝛ ita vt omni die purget a sanie bis: vel rubificetur idē locus cum emplastris calidis acutis dictis capitulo de litargia. atq̄ scarificetur abꝛasis primo capillis. Simili/ter ⁊ sup colloviciibus frequētatis supra oculū ⁊ intra ponantur omnia medicamina tā dicta. Sepe abluant oculi cū aqua pluuiali decoctionis gallarū thuris mastices mirꝛbe boli ar. nucis cypꝛessi et fit aqua actu calida apud eius vsum. Cibetur ex cibis ſtipticis ⁊ carnibus assis conditis cum agrestā vel vino granatoꝝ vel berberis ⁊ hmōi sunt lentes excoꝛticate: ⁊ aliqñ sumat aquā pisoꝝ et berbā feniculi. Bibat ydromel vel vinū rubeū debile limphatū cū aqua pluuiali vel cisterne. Sumat semp post prādiū ⁊ cenā. ℨ. ℏ. electuarij de citonijs vel. ℨ.ſ. dyaolibani ⁊ bibat desup aquā calidā sz nō frigidā: qm̄ ex tat catbarrosa: vt ait Mesꝛ.ca. de catbarro.

Emperica.

In cōstrictiōe lacbꝛymarū et consolidatione

noui vulneris in oculo conferunt collitia dicta capitulo precedenti. Ca. de empericis: Cōfert ista confectio. ℞. tutbie. ℨ.ℏ. teratur perfecte in moꝛtario mundo ⁊ addatur ei. ℨ. ſ. aque roℏ. ⁊. ℨ.ſ. vini granatoꝝ acetosoꝝ in causa calida aut vini alb. veteris clari in cā frigida: ⁊ post incoꝛporationez perfectā istarum rerum in moꝛtario colletur boc totum cum petia munda: ⁊ de ista collatura ponatur omni die mane ⁊ sero intra oculum ⁊ in bꝛeui tempoꝛe fiet lacbꝛymarū constrictio et vulneris consolidatio. Premissis remedijs vniuersalibus. Itez cōmuniter operantes in cura lacbꝛymarū p̄missa vniuersali euacuatione cū fleboꝛbomia vel farmacia supꝛadictis inciduntvenas ⁊ arterias frontis p trās uersum ⁊ ꝓpꝛie si fluxus fit extra craneū: sz in boc erit timoꝛ casus palpebꝛarū: quapꝛopter alij faciūt cautertū cum acu ferrea ignita cū filo laneo grosso traducto super collo ⁊ pulpis aurijū ⁊ dimittāt sic apertū donec multa aquositas effluxerit: quia p̄ boc fit diuersio materie vel faciūt vesicationem cum cantaridibus ⁊ fermēto si patiens cauteriū abboꝛreat. Deinde ponūt in oculum collirium album dictum vel confectionem ex tuthia extincta. Item ad lippitudinem oculoꝝ quidam accipiunt vitreolum mel ⁊ albumen out. aā. partes equales ⁊ perfecte terunt ⁊ incoꝛporant in moꝛtario ⁊ ponunt super oculos sero cum itur doꝛmitum: ⁊ mane abluunt oculos cum lacte mulieris. Collirium album sublime ⁊ expertum ad omnem maculam oculoꝝ ⁊ lippitudinem ⁊ fluxuz lacbꝛymaruz visum custodiens cum vertice

Collyr

sic fit. ℞. armoniaci flor eris arsenici ru. sandal. aā. ʒ. ij. tutie. ʒ. ſ. vitrioli de quo fit in/causſtum. ʒ. iij. celidonie rutbe. aā. m. ſ. succi feniculi lib. ſ. ℥. piſtentur ⁊ ſimul miſcean/tur ⁊ fiant madaliones et ponātur in alem/bico ſuper fornacem ⁊ diſtillentur ſicut fit aqua roſ. Et ex eo ſtilletur in oculos omni die mane et ſero: quia mundificat: abſter/git: exſiccat et confortat oculos excellenter ⁊ ſpiritus viſuos ſubtiliat. Sief de thure quod ponitur in oculos in vlceribus eorum: quia exſiccat: conſolidat ⁊ incarnat ⁊ corneā cōfortat ne rūpatur ⁊ vueam egredi nō permittit ſic fit. ℞. armoniaci ſarcocolle. aā. ʒ. v. thuris. ʒ. x. croci. ʒ. ij. cōficiant cū muſcilagine fenugreci vel ſemis lini ⁊ fiant ſief. i. trociſci qui ⁊ cū vti volueris: puluriſent. vt alcobol ⁊ ponat ex eo in oculos vel diſſoluatur cūaqua roſ. vel ſucco endiuie ad modū collirij ſubtilis. Sief de plūbo qō incarnat et ꝓſolidat vlc⁹ in oculo poſt ruptura obtalmie vel caſum vel ꝑcuſſionē ⁊ cōfert plurimū fiſtule lacbrymali ⁊ dolorē oculoꝝ ſedat potēter ſic fit. ℞. plumbi aduſti gūmi arabici antbimonij tutbie ablute vſti dragaganti. aā. ʒ. viij. opij. ʒ. ℥. fiat Sief cū aqua pluuiali et vtere eo ſicut primo. Ars abſtergēdi oēs maculas accidētales in oculis ꝓbibentes viſuz que albumines vel vngule noiant et ꝓprie cū fuerint molles tenere recentes boc eſt q̄ dure antiquate ſolo ferro remouent. ℞. eris vſti florū eris arſenici ru. vel citrini ⁊ ꝓprie ſublimati ſalis nitri vel ſalis armoniaci gūmi armoniaci vitrioli aduſti vitri cōbuſti ſarcocolle ſpume maris licij aloes rub. oī mirrbe croci mirabolanoꝝ citrinoꝝ bauracb oſſis ſepie pipis longi oīm eoꝝ vel quocūq; ex ipſis volueris: tere vltimo atq; cribella ꝑ ſindonem denſum ⁊ ex ipſis in oculis pone modicū omni die ſcz mane ⁊ ſero donec res eis addite conſumātur. Eſt nanq; continēs fere omnia corroſiua quare noia ſortitur diuerſa: ttavt a quibuſdam puluis ru. ab alijs viridis ab alijs albus vel citrinus vel puluis de vitreolo nuncupatur. ℥ ſi mordicationez ⁊ corroſionem oculorū timueris ex ipſis imbibe per noctem vnā aut amplius puluerez predictum in aqua roſ. vel lacte mulieris. deinde exſicca in vmbra ⁊ tere ⁊ cribella ſicut prius ex ſtipticis incarnatiuis que ſunt tutbia abluta ⁊ ſpodiuz ⁊ cāpbora coralli roſe ficce antbimonū plūbū vſtum atq; tbus. Si vero puluerem predictum facere volueris magis confortatiuum oculorū adde margaritarum ⁊ carbimie auri ⁊ argenti. Si vero magis artificioſuz imbibe ipſum vice vna in vino albo veteri claro et vice alia in vrina bominis ſani perfecti: vel in vrina capraruz et vice tertia in aqua feniculi vel ſucco eius ſi tempus fuerit: et vice quarta in ſucco rutbe: et vice quinta in aqua celidonie: ita vt poſt quamlibet imbibitionem perfecte exſiccetur et iterum terantur ⁊ cribellentur vltimate. Si autem collirium ex ipſo facere volueris ad eaſdem operationes pone res omnes in alembico poſt quintam vel quartam imbibitionem cum ſunt ſub forma mellis currentis et diſtilla ſicut aquam roſ. ex qua omni die bis ſtilletur aliquid in oculo loco pulueris ſupradicti. Aut decoque res omnes tritas in aqua clara vel vino albo pontico vel mixto ex eis aliqualiter donec redierit ad quartam partem et ſit proportio pulueris ad aquam vt vinum ſicut proportio quarta ad ſextam. Prior tamen modus perfectior reperitur: aut diſſoluitur puluis rerum in aqua decoctionis acori vel ſene vel rutbe poſtq̄ fuerit optime collata ⁊ cum ea concaſſetur ſicut decet collirium et ex ipſa ſtilletur in oculos quia eſt fortitudinis extreme: ita vt maculas abſtergat in oculis equorum aut conquaſſentur res eedem cuz aqua roſ. quia eſt lenior omnib⁹ ſupradictis. Et ſi adbuc magis refrenare volueris etus mordicationem adde ceruſe ablute bis in aqua ro. vel amili ⁊ fiat ex eis collirium album de quo ſtilletur in oculos ſepius in ieiuno: ⁊ ſero cum itur dormitum ſine cena: omnia aūt ſicca tere vebementer.

Canones.

1 Medicine que ponuntur in oculis ſi ſunt in ſubſtātia liquida: vt collíria debēt eſſe in vltimo claritatis ⁊ puritatis. Si vō in ſuba ſicca vt ſief. ⁊ pulueres debēt eſſe i vltio puritatis ⁊ ſubtilitatis qō apud medicos alcobol dr: qm̄ oculus eſt mēbrū tunico ſum pānículoſuz ſenſitiuū cū acuitate vltima: quare medicine groſſe nō penetrabunt: ſed ſtātes circa ſupficiē tunice cornee ⁊ con/

ſūctine ipſaꝝ vlcerabūt. In medicinis ꝑter/ ea oculoꝝ nō cōpetit vti calidis acutis niſi cuꝝ ſtipticis reprimanť: ne forte humidita/ tes tres criſtallinā albugineꝫ ⁊ vitreā colli/ quēt ⁊ tunicas ſeptē oculoꝝ corrodāt cū ocu lus ex p̄dicto cōſtet aḡo: vt ꝓbat Ariſ. in li. de ſenſu ⁊ ſenſato. ꝓpter qđ accidit vt fum⁹ ſul/ fur coit⁹ alia pꝛiꝫ oculis noceāt vndiquaqꝫ. Preterea dicit Raſ. in diuiſionib⁹. ⁊ Aſſ. in ſuo de appꝛopꝛiatis. ca. p̄ntt. ꝙ ſi fuerit effu ſio materiarū ad oculos ꝑ vias q̄ ſunt intra craneū raro ē ei curatio niſi ſit in p̄ncipio et materia pauca qđ ꝯtingit ꝓpter difficulta tē penetratiōis medicinarū. Et ſi q̄dē cura/ ri pōt aliquo mō curať cū puluere iſto. Rx. tu thie ablute. ʒ.x. aloes corallor licij gūmi ar/ mōiaci aſſi dragagāti maſticis ematiſtis olí bani oīm aā. ʒ.ij. corticū mirabolanoꝝ citri/ noꝝ. ʒ.iij. pipis longi. ʒ.ij. fiat puł. ſubtiliſſi/ mus: vt alcobol. ⁊ ponatur intra oculos: eſt eſſ vlti mū in reſtringendo.

Pꝛonoſticatio.

Lacꝛyme ſi reſtrigi nō p̄nt humoꝛes nutri tiuos oculoꝝ p̄mo diminuūt: deide hūoꝛes tres q̄ ſunt criſtallin⁹: vitre⁹ ⁊ albugine⁹, et tādē ſ̄bam ocꝛoꝝ ꝙſumēt. Et ſi fuerit acute vel ſalſe coꝛroſionē vel fiſtulā iducēt: ⁊ demū cecitatē cōpletā: q̄ꝛopť i p̄ncipio ſuccurra/ tur. Ite lacꝛyme accidūt vt plurimū habē tib⁹ caput humidū catharroſuꝫ: ꝙ ſi fuerit ex regimine curať faciliter: ſi ꝑ naturaꝫ et ex genere difficile.

¶ De debilitate viſus. Cap. iij.

Debilitas viſus appellať cum hō ſine macula vel aliq̄ ma/ niſeſta oculoꝝ paſſione dimi/ nute videt: neq̄ diſcernit res vt oꝛtet velut accidit in ſe/ nibus ⁊ decrepitis ꝑ materiā. ſil'r ⁊ q̄ñq̄ iu/ uenibus ꝓpter aliquā cām non naturaleꝫ: vtputa ꝓpter mutationem oꝛganoꝝ ſm cō/ poſitionem ⁊ compl'onē. hec aūt mutatio ac cidit iuuenib⁹ ex mala compl'one oculoꝝ ca lida vel frigida humida vel ſicca. Senibus vero ex depaſcētia aſſidua hūidi radicalis a caloꝛe naturali: qm̄ cum aliq̄ cauſaꝝ hmōi vehemēter cōfirmať facit ipſoꝝ tunicas in/ ſpiſſari necnō hūiditates accītales augeri quib⁹ ſpūs viſibilis obtūdiť. ſil'r ⁊ ſpēs reꝝ viſibiliū ꝓpbanētur: verūm̄ hec ꝓpēdit ne ceſſitas moꝛtis naturalis in aialī: q̄ ꝓpter actionē ꝯtinuā cali naturalis in hūidū radi cale mēbꝛoꝝ: ⁊ ꝓprie coꝛdis: tandē exiccať coꝛp⁹ ⁊ cōſumiť hūiduꝫ: ⁊ p ꝯns coextinguiť calidū. Et iſtā actionem vocāt p̄bi materie neitatē cū impoſſibile ſit ipam nō repiri oī tpe in reb⁹ naturalib⁹ ꝙuenientib⁹ i materia p̄ma q̄ eſt yle. Fit aūt q̄ñq̄ ex hūiditate ⁊ ſi gna ſunt: q̄ꝛ mⁱtiplicať poſt cōeſtionē ⁊ nau ſeatiuā ſatietatē: ⁊ ꝓprie poſt exꝛgefactio/ nē a ſomno: q̄ꝛ tūc appet coꝛā oculis ipoꝛum quoddā ad modū aq̄ vel nebule. Et ꝙ oculi emittūt lippitudinē indigeſtā: ⁊ ꝓprie poſt ſomnū. Fit etiā q̄ñq̄a ficcitate. Et ſigna ſūt ꝙ fortificať paſſio tpe famis ⁊ i meridie: ſed alleuiať poſt cibū ⁊ ſomnū: ⁊ ꝙ oculi ſemꝑ apparent ficci: ⁊ ſentiť pꝛuritus in ieiuno. Fit q̄ñq̄ ex malicia ſtomachi ꝓpter qđ iſta debilitas viſionis nō eſt ſemper: immo fit fortis cum eſt ſatietas nauſeatiua ꝓpter vapoꝛes diuerſos aſcendētes: ⁊ deſtruiťioino tēꝑoꝛe famis ſicut cōtingit ebꝛioſis ⁊ bibu/ lis ⁊ ſentit citius alleuiationē ex medicinis mundificatiuis quando eſt ex ſtomacho ꝙ ex paſſione ꝓpꝛia oculoꝝ.

Methodus.

Cura eius que eſt ab humidita te eſt vt digeratur flegma in capite cuꝝ firu/ po de ſticados cuius deſcriptio ſm Aſſ. hec eſt. Rx. floꝝ ſticados arab. ʒ.xxx. albaſce calamenti oꝛigani aā. ʒ.x. aniſi ptetri. aā. ʒ. vij. piperis lōgi. ʒ.iij. paſſulaꝝ enucleataruꝫ ʒ.iiij. mellis lib. v. condiant cuꝝ cinamomo calamento aꝛomatico croco. ʒʒ. pipe nigro ⁊ lōgo. oīm aā. ʒ.ſ. ⁊ f̄ b̄ liga i pāno raro ⁊ ſuſ pēde in firupo boꝛa decoctionis. b̄ firup⁹ a ꝓprietate reſpicit caput ⁊ digerit oēs ma/ terias flegmaticas i cerebꝛo collectas: q̄ꝛo pter ē cōferēs ſode ⁊ catharro frigido vl' di/ gerať cū melle roſ. collato addēdo in digōne cū ijs firup̄. ſticad. nucē muſcatā ⁊ oīa ducen tia ad caput. Poſt illō purgeť cū pillis luci/ mioꝛib⁹ l'cochijs vl' fetidi: vl' cū pillis lucis maioꝛib⁹ q̄ꝛ a ꝓpetate purgāt hūiditates ce rebꝛi anꝛioꝛis ⁊ ſēſus oēs acuūt ⁊ ꝓpe vi/ ſū q̄ ſic fiūt f̄z meſ. Rx. xilob. oppob. ſe. ruſ. ſq̄n i ti maſticis garioſ. aā. ſe. apij caſſielig. croci

macis. añ.ʒ.ſ.roſ.vioł.abſinth̄. cubebe.ca/lami aromatici nucis muſcate carpob̄.ſpice añ.ʒ.ij.reubar.boni mirabola. oim agarici ſene.añ.ʒ.iiij.colloquintide licij lap̄. lazuli loti.añ.ʒ.vj.cōfice cū ſucco fen.vel rutbe vel celidonie vel eufraſie vel vino claro al.veteri.ꝛ da a.ʒ.ij.vſq; ad.ʒ. iiij .ꝛ eſt deſcriptio aggregata ex maioribus et minoribus qm̄ modicū differunt inter ſe ꝑm cōpoſitionem vel virtutē vel cū pillis de agarico q̄ ſic fiūt ℞.aloes.ʒ.ij.colloqntiō.ſticad. turbith. añ. ʒ.ſ.maſticis roſ.ʒʒ.caſſie lignee.añ.ʒ.ℏ.agarici.ʒ.iij.fiant pillule cū ſucco rutbe quoruʒ doſ.eſt a.ʒ.ſ.vſq; ad.ʒ.ij. ℳe pillule euacuāt potenter flegma ꝛ oēm materiā groſſaʒ viſcoſam ꝛ ab oī parte corporis:ꝛ ꝓpie a caliditate:ꝛ ideo valēt in apoplexia epilepſia paraliſi ſoda frigida catbarro. ℒibeť carnibus aſſis ꝛ cibis ſiccis:vtať ſepe ſemi. fen. in cibo ꝛ potu:ſimilr ꝛ fizeleos. bibat ydromel vel vinū rubeū limpbatū parūper cum aqua ſimplici ꝛ q̄ñq; cū aqua decoctiōis rutbe vel in aqua vbi poſita ſit rutba. ℞.ſemel in ſeptimana.ʒ.ℏ. tyriace veteris bone ſtomacbo ieiuno cū vino vel aqua decoctionis rutbe vel ſemis fen.eſt de melioribus rebus in boc caſu. ℒxercitēť ꝑterea et ſudet ꝛ laboret in ieiuno modificet cibum ꝛ potū ꝛ ꝓpoſſe diſtilliet in oculos aquā baſilicōis vł celidonie eufra. betbonice vel rutbe vel fel capñū vł fel gallivel faſianivł ꝓdictis cū mel le crudo puriſſimo vł collirīū de felliḃ vł collirīū albū poſitū capł̄o de obtalmia vł collirium de turbia bonū ꝛ expertum q̄ ſic fit. ℞.turbie.ʒ.ℏ.calaminaris.ʒ.ſ.faui mellis. ℩.mellis crudi ſicut exprimiť a fauo.ʒ.ij. gariofi.numero.ij. terātur vt alcobol ꝛ incorporentur cum vino al.veteri ſubtili: ꝙ ſi timueris corroſionem ex turbia ignīatur ſuper lamina ferrea.x.vicibus vel pluribus et totiens extinguatur:vel in aqua roſ.vel plātaginis ꝛ idem obſeruetur de calaminari. ℒic namq; lacbrymas exſiccat:ſpiritus ſubtiliat ꝛ vlcera conſolidat perfecte. ℒura eſt que eſt propter ſiccitatem eſt impinguare corpus propoſſe cum piſcibus recentibus bonis ꝛ turibus carnium bonarum conditis cum ſpecie dulcibus ſcilz cinamomo cardamomo croco folio gallanga ꝛ zuccaro: vtatur vino claro dulci. ℒomedat ficus ſiſticos auellanas pineas cicera fracta et piſa oua ſorbilia ꝛ pultes cōditos cū lacte capri/no dulci. ℒaueat a rebus acutis ꝛ oleo vi/no puro veteri fumo vento a coitu ꝛ oculoꝝ fatigatione plura ſcribendo vel ſtudendo: ſepe balneetur in aqua dulci tepida poſt digeſtionem primam preterq̄ ſudet aperiantur oculi ſepe in aqua frigida vel ſtilletur in eos lac mulieris vel aſine vel oleum vioł.vel abluantur quandoq; cum aqua decoctionis violarum fenugreci ꝛ maluauiſci. ℒura eiꝰ que fit vitio ſtomacbi eſt vt rectificemus ſtomacbum digerendo bumores calidos cuʒ ſi rupo acetoſo vel bumores frigidos cum oximelle cōpoſito. ℙoſt illud purgetur cum medicinis proprijs vtriq; cauſarum quas dicemus ca.de ſtomacbi debilitate. verūm̄ bic pul.confert omniquaq;. ℞.aloes.ʒ.ſ.mirrbe ʒ.ſ.maſticis.ʒ.ſ.terantur oia ſubtiliſſime et cribellentur ꝛ trāſglutiať totū ſimul cuʒ zuccaro vel mellevel alia re offuſcāte eius amaritudinē. ℳloes eīm̄ licet ſit indelectabile ore eſt tm̄ delectabile ꝛ pficuū ſtomacbo:vt di. ℬal.ij.de ingenio ſanitatis.ꝛ iō in eius adminiſtratiōe ꝺz lingua patientis extrabi et aloes inglutiri. ℒtatur oīni die in ieiunio electuario pliris dyagallanga dyatriūpiperon:ꝛ bibat deſup.ʒ.iij.vł.iiij.aque calide. ℒutriatur cibis ꝛ potibus dictis ſupius ca. de debilitate viſus ꝓpter bumiditateʒ.vtať etiam collirijs ꝛ aquis dictis ibideʒ.

Emperica.

ℳedicamen ſublime ad debilitatem oculoꝝ ex quacunq; cā. ℞. turbie lib.ℏ.extingatur in vrina pueri nōdum poluti tribus vicibꝰ:ꝛ in aqua feñ. iij.vicibus coralloꝝ al.ꝛ ru.añ.ʒ. iij.extinguať in aq̄ feñ.vicibus.ij.margaritarum.ʒ.ij.ſapbiroꝝ ſpodij.añ.ʒ.ℏ.muſci. ℨ.ℏ.terantur oia vt alcobol. ℙoſtea ponantur in mortario et addatur aqua feñ.donec redeat ad ſpiſſitudinem pulmenti vel mellis: ꝛ poſt boc ſubfumigetur cum ligno aloes exiccetur ꝛ iterū perfecte puluriſetur ꝛ per ſindonē cribelletur. ℒt de boc pulvere ponať in oculos oī mane ꝛ ſero ꝛ cum volueris :fac ex eo cum aqua feñ.collirīū virtutē viſiuam confortat: bumiditates exiccat:macłas abſtergit. ℨūt ꝓterea q̄dam excellentes in bac arte qui

¶ De multitudine salute t sputi. Capitulū. xij.

Multitudo salute t sputi fiunt ex humiditate plurima gñata i stomacho p viā indigestiōis t per vsum ciboꝝ humidoꝝ q̃ sursum p mery resudāt et euaporat ad os t radicē lingue t accidit vt plurimū pueris gulos: mulierib⁹ t corporib⁹ flegmaticis.

Cura eiꝰ

Methodus.

est vt digerat materia cū oximelle cōposito vel squillitico ex aq̃ decoctionis ciperi cappari acori purgetur cū yerapi. vel benedicta laxatiua. vtat dyagallanga dyatriūpipereō dyacardamī. rosata nouella mixtis vel p se sumptis. Nutriat cibis calidis siccis actu t virtute. Caueat a vaporosis: fiat sepe vomitus dictꝰ cap. de fetore nasi t gargarisma. deinde famē sitim t vigilias tolerer ꝓposse: masticet piper. pi/retrum in ieiuno.

Pronosticatio.

ypo. vſ. particula ampb. Traulia dyarrsa maxime capiuntur longinqua.

¶ De elongatione vuule. Ca. xiij.

Casus vuule est elongatioꝝ in grossatio vuule vt perfecte in feriora tangat t epiglotū opplet t ābelitū impediat quoquomō. Fit aūt a materia curēte a cerebro sanguinea vel flegmatica in modū catharri. Signa casus vuule sunt: qz patiens semp sentit q̃si bolū carnis in radice oris cū impedimēto anbelitꝰ t suffocatione Si ℣o fit ex materia sanguinea: tūc cū istis signis appet tumoꝝ t rubedo loci t saliua dulcis t repletio venarū faciei cū rubedine t ē q̃ñq̃ cuz fe. lz raro. Si fit a flegmate appet cū ꝑdictis multitudo salliue t raucedo oris: t coloꝝ vuule albꝰ t facies al. vel subpallida t elongatio vuule vltra modum.

Methodus.

Si fit a sanguine fiat primo fiōmia cephalice in brachio dextro vel ventosatio in spatulis t i collo: t post illud gargarisma repcussiuū dyamoron dissoluto cū aq̃ roꝝ. t aceto vel aq̃ decoctionis gallaꝝ balau. roꝝ. t aceto. Deinde in statu fiat gargarisma silr t in augmēto t resolutiuū t repcussiuuz cū aceto t melle roꝝ. in fine ℣o fiatꝰ t declinatiōe resolutiuū tm̄ cū oximelle cōpositō t aq̃ calida. Si ℣o fiat a flegmate purget primo cū pillulis fetidis vel cochijs: deide fiāt gargarismata repcussiua deiñ resolutiua ꝑdicta t repcussiua cū oximelle cōpositā t aq̃ decoctionis balaustiarū vel roꝝ. vltimo resolutiua tm̄ cū oximelle squillitico vel cū medicina tali. ℞. alumis iament salis armoniaci piretri finapis mirrhe. aā. ℥. ℈. oximellis cōpositi. ℥. ij. misceant t addat agua decoctionis roſ.

vel ballaustie ⁊ fiat gargarisma.

Emperica.

Cōiter operātes in cura casus vuule ex q̄cūq; cā fit: p̄mo facīūt flōmiā cephalice forte p̄pter diuersionē: deīn abscindūt vuulā cū filo argēteo vel ferreo īmisso p̄canulā ligneā q: hoc est securi⁹ q̄ si fieret cū ferro ignito: deinde facīūt gargarisma repcussiuū ex diamorō ⁊ aq̄ tepida donec vuula incisa securetur ab apostemate: ⁊ ē mod⁹ exp⁹ ⁊ secur⁹ bene.

Pronosticatio.

Vuule casus si vltimet̄ phibet anhelitus ⁊ ingulationē cibi quare suffocabit patientē.

¶ De grauedine ⁊ magnitudine lingue. Capitulum. v.

Grauedo lingue fit ⁊ magnitudo q̄ncq; est antiqua ⁊ naturalis q̄re nō curat: q̄ncq; est aduentitia: ⁊ de isti⁹ cura loq̄mur. Fit aūt grauedo ligue q̄ncq; cū fe. q̄ncq; sine fe. Si cū fe. semp fit p̄pter inanitionē lacertor⁹ ligue a calore subtili. Si fiat sine fe. sic fit p̄pter alterā triū cāx: q: vel pp humiditates flegmaticas ibidē tes neruos ⁊ lacertos ligue: vel pp abbreuiationē ligamēti sub ligua vbi lingua alligat̄ pti iferiori: vl' fit pp glandulā. i. carūculā pua ad modū fabe q̄ nascit q̄ncq; sub lingua quē admodū in emūctorijs ⁊ impedit ei⁹ motū. Magnitudo ꝺo linguevl' fit pp materiā flegmaticā vl' sanguineā vel vētosaz iflātē linguā ac etiā apostemātē: ⁊ cū fuerit sine ap̄ate fiet q̄ncq; morbus p se: q̄ncq; accidēs palīe vel litbargie p̄prie cū flegma ē i cā. Signa grauedis ligue cū fe. sunt' adustio ligue ⁊ nigredo ⁊ diminutio loq̄le: ⁊ q̄ eger linguā extēdere nō pōt extra os. Signa ei⁹ cū est pp flegma sunt ipedimētū loq̄le ⁊ p̄prie in dictionib⁹ in q̄b⁹ cadit L vel R turbatio sensuū ⁊ emissio saliue cū incūbit multa festinātia loquēdi. Signa eius q̄ue est̄ p̄propter abbreuiationem ligamēti sunt q̄ lingua adheret pti iferiori: ⁊ q̄ nō pōt ex̄ os emitti ⁊ est sine fe. Signa eius pp glādulā sunt: q: vī caro dura sit⁹ q̄si glādi q̄n os egri aperit̄ ⁊ lingua eleuat̄. Signa magnitudīs ligue patēt ex re ipa: q: difficulter loquit̄ ⁊ pigre: neq; linguā plicare pōt ⁊ emissio eius extra os quasi continua.

Methodus.

Cura grauedinis linguecum fe. est cura fe. ⁊ ablutio lingue ⁊ nucbe et colitot⁹ assidua cū aqua ro. ⁊ muscillagine psilij: vel cū aqua calida mixta cū iulep ⁊ melle ro. vel cū oleo ro. vel cū oleo viol'. ⁊ masticino penidiarū cādi ⁊ p̄runor⁹ ⁊ similiū. Cura ei⁹ pp flegma est q̄ purget̄ cū pillis cochijs vel fetidis p̄missa digestiōe cū oximelle cōpositovel squillitico ⁊ hiebotbomet̄ cephl. vel ne q̄ sunt sub ligua si sanguis dīnū appeat ⁊ ff vētosatio sub mēto si materia sit plūa: p̄terea fricet̄ cū sal. gēmavel cū sale armoniaco aut cū piretro aut pipe aut castoreo ⁊ alīq̄n cū euforbio q̄ō est fort⁹ p̄dictis: aut cum alumine secū. Et post fricationē ⁊ expulsionē flegmatis abluat̄ ligua cū aceto ⁊ aq̄ frigida simul mixtis vt calor naturalis vnīat̄ ⁊ cōfortet̄. Vtat̄ cibis siccis actu ⁊ potētia laboret in tetuno sitim ⁊ famē toleret p̄posse. Vtatur sinapi ⁊ alijs p̄o condimentis carnū suarum. ⁊ fiant omnia dicta ca. de paralisi p̄pter flegma ⁊ de casu vuule p̄pter flegma: q: cōferunt cum virtute. Cura eius que fit p̄pter abbreuiationē ligamēti vel p̄pter glandulā nō perficitur sine incisione cum ferro: quare chyrurgicis dereliquo. Cura magnitudinis lingue est cura grauedinis ipsi⁹ cum est ex flegmate iam dicta: verūtamē cū p̄dictis fiāt localia fortiora. fricet̄ ergo sepe ⁊ fortiter lingua cū dente allij ⁊ aceto tādiu donec saliua egrediat̄. Masticetur ergo piretrū ⁊ abluatur lingua cū aceto decoctionis castoret vel piperis rube ciperi: et gargarisetsepe oximel compositum vl' squillitic um cum aqua decoctionis castorei piperis salis armoniaci ysopi stafisagrie vel cum aqua calida in qua dissoluta sit yerapi gra. vel gargarisetsinapim tritam ⁊ cū melle confectam: ⁊ nutriatur sicut dictum est capitulo de paralisi.

Emperica

Quidaz administrant gargarisma ex aqua frigida pura in cura grauedinis ⁊ magnitudinis a flegmate: ⁊ p̄prie in corpe carnoso sanguineo: vt calor naturalis vnit⁹ confortetur ⁊ resoluat flegma et ventosi-

statēs. Juxta illud Ypo.vj. pti.ampb. Est aūt vbi in rhethano siue vulnere iuuene bene carnoso estate medicina frigide aq̄ multa infusio tollit egritudinē. Et hui⁹ opinionis est Raf.in diuisiōib⁹ ca. de magnitudine lingue. verūtñ in hoc duplex cadit timor primo est: qz infirmitatib⁹ tenet in pauciorib⁹: vt dicit Gal.in cōmēto ibidē. scōs est: qz iste passiones raro aduenium corporib⁹ sanguineis sed maxime flegmaticis siue p naturaz siue per dietam: quapropter vt plurimū sunt accidēcia paralisis facte vel signa frende. Melius est ergo vti medicinis dictis in methodo: ꝛ insuper inungere mādibulas ꝛ nuchaz totā ꝛ occiput cū vnguentis calidis resoluētibus supfluitates ꝛ supercalefacientibus ꝛ cōfortātibus neruos ꝛ cerebrū cum virtute: vt sunt vnguentū marciatō arrogon aggrippa: et sumere oi die in ieiuno de electuario anacardino vel dyatrīpipereon dyagallanga vel aurea alexādrina ꝛ silibus. ꝛ vigilare super cibum ꝛ abbreuiare somnū q̄tum est possibile: ꝛ laborare ꝛ sudare in balneo circa declinationē morbi ꝛ post euacuationes vniuersales premissas.

Canones. In cura grauedinis ꝛ magnitudinis lingue rōne flegmatis: et ꝓpter si sint cū paralisi nō approbamus fomentationes neq̄ inunctiones cuz oleis calidis: qz ly exficcent ratione virtutis ꝛ qualitatis: tñ humectant rōne modi substantie: quēadmodum ꝛ vinū ly approbemus confortationem occipitij ꝛ neruoz cū vnguētis calidis stipticis q̄ ditrimus ca. de paralisi. ꝛ cū fricationib⁹ ficcis asperis abrasis prius capillis quoniam nerui inde oriuntur.

Pronosticatio.

Grauitas lingue q̄ est sine fe. acuta vel cronica cū alijs malis signis mortē significat: qz p̄dicat spasmū de inanitione ꝛ cōsumptiōe humiditatū corpis radicalitū ꝛ nutribilium. Item grauitas q̄ est ꝓpter palisim ꝛ litbargiā raro pfecte curat: sicut neq̄ palisis: ꝛ ꝓpter si cronisef ly minorari possit. Item patientes grauitatē siue grauedinē lingue ꝓpter būiditates stomachi vt plūmū incurrunt lienteriam vel dyarriā longā. Tñ Ypo. sexta pticula ampb. Trauli a dyarria maxime capiū tur longua.

¶ Tractatus septimus prime sectionis. De dentium passionibus.

Dentiū. passiones ad phisici curā pertinētes sunt tres. Prima est dolor siue apostema. Scōa mobilitas. Tertia corrosio ipsorum.

¶ De dolore dentium. Cap.j.

Dolor dentiū vel est cū apostemate ꝛ tumore vel sine. Si primū sic fit a fluxu būoris calidi a cerebro ꝛ partib⁹ vicinis ad radicē dentiū alterātis eius cōplexionē et destruentis eius cōpositionē. Si fit sine apostemate sic fit ꝓpter fluxū humoris frigidi vel ꝓpter vermes natos in radice dentium ex humore putrescente corrodētes ipos. Signa doloris a causa calida sunt rubedo loci cū tumore gingiuarū: et q̄ aliquando insunt vermes in loco.

Cura a cā calida

Methodus. Cura eius q̄ a cā calida sez sanguine vel cholera est vt primo fiat flebotbomia cephalice manus contrarie: ꝛ post hoc flebotbōta partis eiusdē vl scarificatio submento: ꝛ ꝓpter si fit a sanguine teneat vēter solutus cū clisteri lenitiuo vel suppositorio de sale gēma. Deinde teneat in ore cōtinue aquā frigidā vel aquā ros. vel vinū granatorū aut acetū aut mixturā ex ijs: vt portulace aut solatrū: qō si nō sufficit et dolor sit intēsus. Rx. duo grana opij ꝛ vnū iusq̄amj ꝛ tria grana mandragore bullianf in ℥. quartuoz aceti. ꝛ ℥.ij. aque ros. p tps. ꝛ colief ꝛ cū hoc abluaf dens sepe calido byeme frigido estate: ꝛ si cū dolore sit apostematio gingiuaruz apianf cū flebotbomo ꝛ abluanf sepe i die cū aceto ꝛ sale vel vino decoctiōis aluminis iamenti. ꝛ ponaf empl'm anodinū exteri⁹ supra mādibulā ex camōilla fenticuli semine lini butyro ꝛ silib⁹. Cura ei⁹ q̄ a cā frigida ē vt purgetur cuz pilulis cochijs. deiñ abluatur sepe dens cū aceto in quo bullita sint castoreum euforbium. piretrum opij mirrhe. añ. ℥.ß. terantur ꝛ cribellentur vel ponatur

Cura a cā frigida

pfretrum aut alliū cōcussum supra dentem. Vel fiat confectio ex pipere mirrha castoreo assafetida opio añ. partes equales ⁊ melle quod sufficiat:terātur ⁊ teneātur in ore ⁊ masticetur:qz plurimū valet in causa frigida ex ḧs vnūquodcḧ. Cura eius q̄ fit ꝓpter vermes est: vt dicit Mesue. suffumigiū cuz pillulis factis ex semie tusquiami ⁊ semine porri cum allz itren id est pice liquida. Sedat enim oēm dolorē ⁊ occidit vermes. fiāt ⁊ ex semine cepe allz itren. fiāt ex piretro euforbio et assafetida. fimiāt ⁊ ex mirrha opio ⁊c.

Cura ḧ v mes

Emperica.

Emplastum expertuz siue dolor sit a cā calida:siue frigida:qō pōsituz exteri⁹ supra mandibulā actu calidū illico omnē dolorem tollit. ℞. radicis maluauisci duodecim numero coquātur bene in aqua:deīde scindantur per mediū ⁊ extrahaī lignū ⁊ mundentur a cortice exteriori ⁊ incidātur frustratim ⁊ pistentur ꝓfecte donec ad modū axūgie cōuertantur:⁊ misceatur cū eis farina istarum rerum. ℞. farine fenugreci semis lini anetti floruz camomille añ. ℥. ſ. farine ordei. ℥. q̄tuor incorporētur oīa simul. ⁊ i fine addātur olei camomille vel de aneto. ℥. iij. De ꝓpriete te eiⁿ suorum simpliciū sedat omnē dolorez et maturat oēm materiā: ⁊ finaliter ipsam resoluit.

Empty fa ex fa ratiola à frigi addas si fit.

Promosticatio.

Sciaz q̄ dolor dentiū factus ꝓpter corrosionem ⁊ corruptionē substantie in eis vel ꝓpter vermes nō curaī perfecte neq̄ sine timore recidiuz: nisi eraduceī cū ferro vel medicinis. Et vtile consiliū est vt potius eradicetur cū ferro:qz eradicatio cū medicinis inducit dolorē vt plurimū perdurantē. Ḧē solicitandū in mitigatione doloris cū anodinis:ne forte dolor vltimeī ⁊ freneziz īducat.

¶ De mobilitate dentium. Cap. ij.

Mobilitas dentium

Mobilitas dentium siue fixionis, debilitas accidit dentiḃ ꝓpter mollificationem gingiuarū ⁊ ligamentoz que sunt in radice dentium. Mollificatio autē fit ꝓpter fluxū humiditatū ad gingiuas dissoluentiū earum compositionē q̄nq̄ marcefacientiū subiectum.

Cura

Methodus.

Cura eius est vt digerat flegma cum oximelle composito vel squillitico: et purgetur cum pillulis cochijs vel yerapigra ſoticibus pluribus alternatis. Fiat ꝓterea masticatio eradicans flegma ex pipere sinapi piretro mastice timo simul cōcussis grosso mō. Similiter ⁊ gargarismata ex sinapi cōdita cuz melle vel oximelle squillitico. Similiter ⁊ scarificatio sub mento et super collo: post hoc mundeī omni die dentes cum stillo acuto ⁊ abluaī cū vino rubeo pontico actu calido. Deinde ponatur omni die puluis stiptic⁹ de corallo ⁊ mastice ⁊ olibano puro añ. partes equales tritis ⁊ cribellatis perfecte: nequaq̄ masticet cibos duros ⁊ solidos.

Mast

Emperica.

Dicit bebe meḧ. in suo de appropriat⁹ q̄ exp⁹ est puluerē istū ad stringēdū dētes mobiles si ānectatur radici dētiū. ℞. stercoz capre adusto. ℥. iij. alumīs tameñ. ℥. ß. piretri spice añ. ℥. ij. nucū cipilli adustaz. ℥. ij. ⁊ ß. cornu cerui adusti cētauree añ. ℥. vij. fructꝰ tamariſci. ℥. iij. mirrhe sumach balaustie apij corticis glādiū añ. ℥. ij. salis gēme assi. ℥. ij. ⁊ ß. terāī ⁊ cribellent oīa. Et de rebꝰ melioribꝰ est illud. ℞. arsenici sublimati. ℥. ß. thuris albi. ℥. ſ. ḧ ex ipsis puluis cribellat⁹: de quo oī sero ponaī supra dētes ⁊ gingiuas: ⁊ maxie abluaī cū ydromelle calido vel vino pōtico vel acero:qz būiditates reumaticas exiccat vlcus a carne putrida mundificat: ⁊ post illud carnem duram curat: quare confert omni passioni dentium et gingiuarum que est cum putredine vel mollificatione. Similiter ⁊ illud. ℞. ossis sepie corallī albi. ℥. ſ. fiat sicut ꝓius. Similiter. ℞. spume maris masticis añ. ℥. j. fiat sicut ꝓius. Aliter istud cuz ꝓsto non est illud. ℞. corallī aluminis corticis salicis combusti añ. ℥. ij. fiat sicut ꝓius. Quidam addunt cinerem ossis vel ossium dactili vel capre combustorum. Item gallaz balaustiarum ros. sumach. yreos corticum granatorum. añ. ℥. ij. mirrhe aluminis ana. ℥. vnam fiat ex eis linimentum supra gingiuas cū aqua rosaruz vel vino pontico albo.

Abluatur os cum aceto in quo decocte sint res eedem.

Canones.

Quis volēs cōseruare dētes sanos caueat a masticatione rerū durarū vel viscosarū vel calidarū vel frigidarū: dura nāq; dislocāt: viscosa adherēt ⁊ putrefaciūt. Sed calida resoluūt spiritū vitalē ⁊ laxāt ligamē dentiū. Sed frigida mortificāt calidū naturale qō in eis est et neruos deobstrūāt. Ītē studeat oi die eos mundificare a sorde ⁊ a rebus interiacentibus post cibū cū ligno vel ferro vel septa. Ītē abstergat eos semel in septimana cū tartaro viti albi trito ⁊ cribellato: vt alcobol fricādo eos ex eodē puluere: ⁊ post frictionē abluēdo cū vino albo claro vel vino rubeo stipticō. Dicit etiā Aristoteles quinto de generatione aialiū caplo de dētib⁹. q dētes aialiū differūt ab omni altero genere ossiū in quatuor conditionibus. Prima: qm̄ sensum habent tactus quo cetera sunt penit⁹ priuata. Secūda: q: nō nascunt a principio generationis: sed post partū. Tertia: q: permutantur: q: cū nascunt a principio molles sunt: quare ipsos natura permutat in boibus apud annuz decimum vel circa: sed in equis circa quartum solidos procreando. Quarta: quia crescunt omni tempore vite animalis fm lōgum vsq; post statum perfectum apud trigesimum annum vel circa id.

Pronosticatio.

Dentes si ceciderint anteqū septimū annū nascuntur: postea vero minime.

¶ De corrosione dentium ⁊ gingiuarum. Capitulum.iij.

Corrosio dentium ⁊ gingiuarum fit ex materia putrefacta marcida penetrāte in substātiaz dentis ⁊ gingiuaruz que alterat eorum complexionē et ꝓpositionē: sicut lutū alterat cōplexionē ligni ⁊ incinerat ei⁹ cōpositionē: cū cuius sit terminus putrefactionis vltimate: vt dicit. iij. Methe corox. Fit etiam corrosio quandoq; ꝓpter vermes natos in eis ex materia putrefacta. Sed signa ⁊ causam eorum diximus tā capitulo de dolore dentiuz. Signa corrosionis dentiuz ex humore sunt concauatio ipsoz patens ad sensum: ⁊ fetor quasi cibus in concauitate illa quādoq; retinetur. Signa autem corrosionis gingiuaruz sunt sputum sanguinolentū: ⁊ cum aspicitur in os apparent gingiue marcide corrose liuide cum fetore plurimo.

Methodus.

Purgetur cū pillulis cochijs vel fetidis: mundētur dentes ⁊ gingiue omni die ter cū aceto squillitico in quo dissolutum sit alumen tamenū aut tartarum subtiliter tritum. vel ponatur sup loco corroso vnguētuz viride posituz capitulo de surditate. Et post mūdificationē ponatur supra locuz puluis cōsolidatiuus ⁊ stipticus faciens nasci carnem ⁊ firmari eam. ℞. masticis thuris corall rubei aā. ʒ.ß. ⁊ cribellent. Et pōt addi bolli armenici sanguinis draconis ⁊ sarcocolle. Et abluatur locus quādoq; cum vino decoctionis yſopi yreos ⁊ mellis.

Empirica.

Communiter opantes circa dentē corrosuz fetidum nil aliud faciunt: nisi quia ipsum cū ferro extrabunt vel ipsum adurunt cum cauterio: quia sicut dictuz est caplo de dolore dētium. Dens dolorosus: dens mobilis: dens corrosus ⁊ fetidus curationem perfectā non recipit nisi per extractionem.

¶ Tractatus octauus prime sectionis. De passionibus gingiuarum.

Gingiuaruz

passiones de quibus adhuc restat loqui sunt tres due. Prima est fluxus sanguinis. Secunda vicus seu putredo. Nam de fetore earum dictuz est caplo de fetore oris. de mollificatiōe eaz dictū est ca. de mobilitate dētiū. de apostemate vo cum de dolore dentiū loquebar.

¶ De fluxu sanguinis gingiuarum. Capitulum primum.

Accidit quibusdam hominibus vt ex gingiuis eoz fluit sanguis cum abluunt os fortiter vel preserunt eas digitis vel cum alia

passiones Gingiuaz due ✓

re aspera ⁊ sunt cuz fetore. Ysta passio pue/nit ex materia currēte a capite ad gingiuas ⁊ dentes que ibidē diu stās imbibit substan tiā gingiuarū ⁊ ex oi leui cā effluit saliua/tim: verū si antiquatur ⁊ putruerit: vlcus seu putredinē causat in gingiuis.

Methodus. Fricentur dentes cuz puluere istoz trociscoz que sic fiunt premi/ssa scarificatione sub mēto et iuper collo. ℞. arsenici citrini ⁊ rubei calcis gallarū aluminis. aā. ʒ. ij. fiant trociscī cū aceto fortī. ⁊ cum ipsis vti volueris: teraē vnus ex ipsis subti/lissime ⁊ fricetur locus cū eo: tunc ꝙescat per horā ⁊ teneat in ore aquā ros. vel olcū rosa/tum: ne forte puluis corrosiuꝰ ⁊ absterſiuꝰ in/ducat adustionē in merȝ vel partibꝰ circūla centibus. Postꝙ hoc factū fuerit ꝑ aliquos dies donec mūdificate fuerint ⁊ putrefactio oino remota ponaē supra locū tale incarna tiuū. ℞. masticis thuris corralli rubei. aā. ʒ. ℈. fiat puluis subtilissimꝰ vt alcohol qui po/naē sup gingiuas qꝫ facit nasci carnē ⁊ indu rat eā. Hoc facit puluis facꝰ ex olibano aloe sarcocolla sanguine draconis. sumendo ex eis partes equales. Item vnguentū ꝓbatū cōtra scabiē labioꝝ ℞. muscillaginis dragaganti olei viol. aā. ⁊ cum cera fiat vnguentum sa/tis spissum ⁊c.

De vlceribus gingiuarum. Capitulum. ij.

Cancredo seu vlcus gingiuarū est terminus corrosionis quē admodū ⁊ corrosio est termi/nus antiqui fluxus ex eisdez: qm̄ inter ista tria hic est ordo. Primo nāqꝫ gingiue mol lificantur ⁊ imbibunt a materia reumatica descendēte a capite per modū catbarri. Se cundo sanguinē emittunt ꝓpter dissolutio/nem siue cōpositionis. Tertio corrodūtur et concauātur manifeste propter humorē vice rantem ⁊ denigrantur et putrescunt donec cadant.

Methodus. Cura pu/trefactiōis gingiuarū colligitur ex dictis in capitulo de fetore oris ⁊ capitulo de mobilitate dentiū. ⁊ capitulo de exitu sanguinis ex gingiuis.

Pronosticatio.

Putrefactio quidē si valde ꝓcesserit raro cu ratur sed facit hoiem edētulum. Item vlcus gingiuarū si fuerit carnosum mortale ⁊ pro parte cū tetigerit epyglotum ⁊c.

Sectio secunda incipit.

Expleta cuz dei auxilio sectiōe prima que fuit de cura mēbroꝝ integran tiū ventrē aialē qui ptendit a vertice capitis vsqꝫ ad epiglotū seu princi/piū cāne pulmonis exclusiue. Volumꝰ nunc ingredi sectionē scdam que erit de cura pas sionū membroꝝ ꝓstituentiū ventrē qui ꝓce/dit ab epyglotovsqꝫ ad furculā inferiorē vbi est os stomachi. Iterū vna cū rasi in lib. suo diuisionū gratiā dei implorantes. deū itaqꝫ posco cōcessorē ad rectificationē sermonū ⁊ operis ⁊ auxiliū ꝑm qꝫ sibi placet.

Tractatus primus scde sectionis.

Catturis passio nes famose sunt tres. Prima est squinātia. Scda catbarrus. Tertia raucedo vocis. Cuz aūt dico guttur itelligo aggregatū ex gula siue carnositate exteriori ⁊ cāna pulmōis ⁊ epyglotto ⁊ me/ry siue ysopbago ꝑm qꝫ alligaē ⁊ coextendit canne pulmonis.

De squinantia. Ca. j.

Squinātia est apostema colli qō cūqꝫ ꝓhibēs anhelitus ⁊ deglu/tionē cibi. Et dicitur ab Auicē. qꝫ est decollatio: strāgulatio vel suffocatio. Squinātie tres sunt species. Pri ma quādo epyglotum ⁊ musculi eius apo/stemantur. ⁊ est oino mortalis ꝓpter abla tionem anhelitus. Est aūt epyglotus vt di/cit Auerro. ij. colliget. prima pars canne pulmonis ⁊ suprema solidior ⁊ densior alijs eiꝰ partibus habens in medio foramē strictū vt fistula in quo formatur vox. Et ideo cuz sufflamus fortiter in cānam pulmonis ali/

cuius aialis egredit vox q̄ assimilat voci illius aialis. Et sup illud foramē impositum est illud cooperculū cartilaginosum mobile sursum ⁊ deorsum alligatū versus os liberuz versus cānā pulmonis ad defendenduz a rebus q̄ vadūt ad ysopbagū ne egrediant ipsum: qz morere bomo pūā suffocatiōis: ⁊ pter boc q̄n intrat aliq̄d etiaz parue q̄ntitatis: sicut cōtingit inglutiētib⁹ cibū cū ridēt illud mouet tussim. Scōa q̄n pulmonis canna ⁊ musculi ei⁹ apostemant: ⁊ est etiā morталis: sz nō ita subito sicut prima. Tertia q̄n gula ⁊ carnositas gutturis apostemat ⁊ est salubris: sz nō apud ignaros. Fit autē q̄nq̄ squinantia a sanguīe: q̄nq̄ a cholera: q̄nq̄ a flegmate: sz nō a melācholia. Signa squinātie in cōmuni sunt apostematio gutturis ⁊ suffocatio prefocatiua ⁊ difficultas transglutiēdi cibū ⁊ anbelādi siue equaliter siue inequaliter fm q̄ apostema magis declinat advias anbelit⁹ ⁊ advias mery ⁊ ysopbagi. Si autē fit a sanguine cū predictis apparet rubedo faciei cū carnositate: dulcedo saliue: dolor grauatiu⁹ cū acuitate aliqua ⁊ antecessio ciboz multiplicātiū sanguinē. Et est vt plurimū cū fe. Si aūt fit a cholera apparet cū predictis color citrin⁹ facies macra dolor acut⁹ sitis ⁊ inflāmatio vehemens ⁊ saliua amara ⁊ antecessio ciboz corruptoruz. ⁊ est etiā vt plurimū cū fe. Si aūt fit a flegmate cū p̄dictis apparet mītitudo saliue aquose raucedo vocis dolor grauatiu⁹ sine acuitate color faciei cuz pauca rubedine ⁊ habitudo flegmatica ⁊ antecessio ciboz flegmaticoz: ⁊ est vt plurimū sine fe. vel cum fe. lenta. Signa prime speciei sunt vt dicit Ypo. tij. phoſticoz. q: non apparet rubor nec tumor fortis exterius in cervice: nec interius q̄n inspicitur in os egri: verūtamen est ibi dolor acutissim⁹ ⁊ anbelit⁹ difficilis valde que significant apostema latitare in pfundo gutturis vbi est epygolt⁹. Signa secūde spēi sunt: qz appet tumor ⁊ rubor interi⁹: sed nō exteri⁹. Signa tertie speciei sunt qz apparet tumor ⁊ rubor exteri⁹ in trāsglutiēdo: sed nō appet interi⁹: nec apparet plurima difficultas anbelandi ⁊ transglutiendi.

Methodus. Cura cuiuscūq; trium specierū squinātie est: vt si fit: fiat illico die, vt nocte flōmia basilice in brachio vel in manu si viri⁹ nō fit debilis ⁊ extrabat sanguis multi⁹. Postea codē die post sex horas flōmētur vene q̄ sunt sub lingua: nec tardet cum fit necessaria talis flōmia. Post boc fiāt frictiones ⁊ ligatiōes extremoz dolorose. Et si fuerit difficultas in anbelitu pone ventosam sup collū vbi est prima spōdilis cū reiteratione frequētata. Et si vēter sit cōstipatus fiat clistere lenitiuū dictum ca. de frenesi. Post flōmiaz gargariset cōtinue vsq; ad tres dies dyamorō vel vinum granatoz vel succū solatri vel agreste cū aqua balaustiarū vel succū cotticū nucū viridiū cū aqua calida: vel gargariset acetū ⁊ aquā calidā vel aquā ros⁹. cuz zuccaro quocūq; presto fit ad repercutiendū apostema.

Dieta. Et nutriatur succo ordei vel auene vel sorbeat tus pullorum conditū cum vino granatorū vel berberis vel cum aqua decoctionis sumach. Bibat vinum ponticum limpbatū vel aquā ordei vel tulep: ⁊ si possibile fuerit mundificet cum apozimate purgante sanguinē ⁊ educente humores acutos magis lubricum factēdoq; attrabēdo ne fe. inflāmentur: quod sic fiat. ℞. medulle cassie fistule. ʒ. ſ. manne tamarind. añ. ʒ. j. ⁊ semis dissoluantur omnia cum. ʒ. iiij. aque decoc. prunorum. Si ergo per hunc modū libere vsq; ad quattuor vel quinq; dies bonum est. Sinautē bonū est fieri vētosationē in spatulis propter maiorem diuersionem: deinde si materia tota fluxa est: ⁊ morbus est in statu vel in fine augmēti fiant gargarismata resolutiua bis in die vel ante prandium et ante cenam ex. ʒ. ſ. mirrbe dissoluta in. ʒ. ſ. oximellis compositi vel cum aqua decoc. prunorum calida vel cum oximelle squillitico aq̄ eadē: si aūt nō resolvitur: fiāt empla resolutiua exterius circa gulam que sic fiūt. Recipe farine ordei fenugreci ſe. lini. ana. ʒ. j. ſe. maluauisci floris camomille ysopi yreos ⁊ adipis anatis ana. ʒ. ij. bulliantur insimul vsq; ad spissitudinem in aqua cum oleis dictis: ⁊ totum ponatur caliduz super locum. Et si via ysopbagi cōstringat: pone ventosam magnā sup cervicē quādo deglutiet cibum q̄diu ibi steterit: et reitera se-

Cura

plus eius potum. Cura eius si fit a cholera est vt primo cliſteriſetur ſi eſt poſſibile cum cliſteri lenitiuo predicto: poſtea fiat flõmia baſilice in manu vel in brachio vel ventoſatio in ſpatulis. Poſtea fiãt gargariſmata repercuſſiua predicta deinde in ſtatu finc augmẽti fiat vt in ſanguinea. Et ſi neceſſe fuerit: purgentur cum decoctione p̃dicta. vel cũ iſta. ℞. mane. ℥. ſ. reubarbari boni. ℥. ij. diſſoluantur in decoctione primoꝝ feruenti et dimittantur ſic per horã. ſ poſtea colletur et detur totum ante diem. Et ſit aqua q̃ntitatis. ℥. iiij. vel. v. ad plus. Utatur dieta dicta vel parum magis declinans ad frigiditatẽ.

Decotto

Cura

Cura eius ſi ſit ex flegmate eſt vt a principio purgetur ſi eſt poſſibile cum pillis cochijs vel medicina de turbith vel cliſteriſetur ex cliſteri acuato cum agarico et colloq̃ntida aã. ℥. ſ. Deinde fiat gargariſma repercuſſiuum: ſicut in ſanguinea preter quod nõ eſt opus tanta repercuſſione ſed maiori diuerſione et euacuatione. vltimo fiãt gargariſmata acuta et inciſiua et emplaſtra reſolutiua ſicut prius.

Emperica.

Cõmuniter operãtes faciunt in oſſiũ ſpecie ſquinantie quacũq; hora dieꝝ etiam ſuper cibum flõmiã de cephalica fortem propter diuerſionem materie ſubitam: nec phibebet illud anteceſſio flõmie non longo tempore dũmodo ỹtus conſtet: quia timor ſuffocationis ſubite moram non concedit. Et hec quidẽ flõmia licet nõ ſit regularis in flegmate et cholera ratione qualitatis: eſt tñ rõne q̃ntitatis ſiue multitudinis: vt prz per Auic. iiij. p̃mi. Nec; ſemp eſt forte poſſibile purgari corpus cũ medicinis ꝓpter impedimẽtum qõ eſt in glutinatione. poſt flõmiã ꝓcedũt circa gargariſmata et empla: ſicut in methodo dictũ eſt. Et poſt minoratione ĩmediate datur ſepe dyaolibanũ cũ aqua ordei qz reſoluit materias oino qñ non eſt timor de attractione materie: tunc nãq; gargariſet cũ dyamoron et aceto et aqua roſ. ſimul mixtis. Ite Raſ. Auic. Seraꝑ. cõuentunt q; gargariſmus factus de ſtercore canis albi comedẽtis oſſa vel ſtercore lupi cũ aqua roſ. vel plantaginis ſanat omnẽ ſquinãtiã. Similiter et emplaſtrũ vel linimentũ factũ ex eisdẽ ſtercoribus exiccatis et cũ melle mixtis et linitis circa collũ vndiquaq; confert poſt euacuationẽ vniuerſalẽ. et ꝓprie cũ materia tota fluxa eſt: nec timor fuerit de viteriori attractione. Fac circa gulaz emplaſtra acuta rubificatiua: vt materia trahat ad extra ex ſinapi melle ficubus ficcis furfure mirrha ture ꝓcos et cepa ſquillẽ. et ꝓprie in cã flegmatica: qz in hmõi nõ eſt timor de inflãmatione ſe. ſicut in alijs. Nec; flegma eſt adeo faciliter trabibile ſicut cholera vel ſanguis Similiter et emplaſtrũ ex mica panis incorporati cum melle approximans duabus vel tribus appoſitionibus qõ nũc decoquitur cum ſucco apij. Et deinde tunc magis cum ſtercore columbino vel anetino.

Adsyna

Barganiſ

Empig

Canones.

Dis ſquinãtia aut terminatur ad reſolutionez et eſt ſalubris: aut ad ſanationẽ et apertionẽ: et eſt timoroſum: aut ad permutationẽ eius ad alia loca. Et ſi ſint nobilia erit mortale: et ſi ignobilia ſalubre. Preterea ꝓpter caſuz vel pcuſſionẽ in collo fit dolor qui ſic attrahit materias: et fit apoſtema ſquinãticum cuius cura eſt penit9 eadem cũ illa que fit a ſanguine predicto. Caue ꝓterea ne emplaſtra rubificatiua per exteri9 vel gargariſmata acuta p interi9 adminiſtres: niſi materia tota fluxa ſit vel quaſi tota: qz apa augmẽtabis et egrũ ſuffocabis. obſerua igit ordinem in methodo predictum.

Pronoſticatio.

Dicit Ypo. iij. pno. q; prima ſpes ſquinantie prima die interficit egrũ: et ad plus infra quartum. Secũda ſpes et ſi mortifera ſit tñ pigrior eſt: qz forte interficit infra q̃nq; dies. Tertia3o ſpes niſi rubor et tumor ad interiora declinauerint: et materia ad epyglotum raptum habuerit ſpe ſalutis nõ oino refiſtit ſi medicus in cura recte ꝓceſſerit. Et ex hoc videre potes q; tres ſpecies ſquinãtie ꝓtrario modo ſe hñt. Itẽ dicit Ypo. ibidẽ q; ſi tumor et apa in tertia ſpecie rapiat ad interiora: tra q; exterius in gula nõ appareat oino et fiat nõ in die cretico nec; ſupueneric apa creticũ ſup aures vel alibi: nec; eger ſaniem expuerit et anhelitus magis ac magis angu-

stetur oia ista mortē vel recidiuationē signi
ficāt futurā: quia materia raptū habuit ad
pulmonē vel cor vel pect⁹ quare suffocatio
nē inducet infra septimā diē si nō expuat: re
quiet igit mitigatuū doloris hora illa non
est credendū q: mēdax est sed tibi pnosticā
dum de egro et ab ipso fugiendū. Itē ibidē
dī. ypo. cp bonū est tumorē apparere exteri⁹
et quāto magis tāto salubrius erit. Item si
squinātia illa terminaret ad santationē: et ff
exitura santes fiunt ad pulmonē et fortassis
expuet et est salubre et fortassis suffocabit
egrū infra. vij. dies ad plus: et fortassis coro
det pāniculos et substātiā pulmonis si infra
xl. dies a die rupture non purget et inducit
ptisim vel frenesim ꝓpter cerebri cōpassio
nē. Itē squinātia terminat infra. vij. diē et si
būc effugerint sani fiunt: qm̄ in morbo acu
to vincit natura aūt vincit sine expectatiōe
ampliori. Itē dicūt quidā cp signa mortalia
sunt in squinātia. Si spuma euenerit in fe.
acuta cōtinua quacūq; i die cretica vel non
cretica et talis crisis est sinthomatica nō na
turalis. Silr et sincop. vehemēs anhelitus:
distātia: ozegmon: difficultas trāsglutiēdi ci
bū et potū cū retectione ei⁹ p nares: vox catu
lina quasi loqret p nares: spuma i ore: emi
sio lingue frequēs sicut in equo fatigato: co
lor niger vel liuidus in lingua ore labijs et
oculis necnō frigiditas extremitatū. Item dī.
ypo. iij. pti. āpb. si a se. habito tumore nō ex
eunte in faucib⁹ suffocatio repēte supuene
rit mortale. Itē. ij. ampb. Stangulatoꝝ et dis
solutoꝝ nondū mortuorū nō referunt quib⁹
spuma fuerit circa os semp vt plurimū: vt di
cit cōmentator. Itē salubria atq; signa vita
lia sunt quies somnus alleuiatio doloris bo
nitas anhelitus facilitas transglutiendi: et
priuatio omniū predictoꝝ. Itē squinātia cū
se. forti plus est timorosa: q: sunt ibi necessi
tas adiucta et euentatio cordis diminuta q̄
re cor extinguetur. Itē squinātia maxime ac
cidit in vere: vt dicit ypo. iij. parti. ampb.

¶ De catharro brāco et corriza. Cap. ij.

Reuma ōr omnis fluxus ma
terie de mēbro ad membrū in
quācūq; parte corpis. et ideo
Gal. in tegni tractatu de cau
sis ca. de curis apatum ait. do
lor eīm exacuit reuma. Catharrus vero ōr
descensus materie a capite ad partes spūa
les et naturales. s. pectus et pulmonē et stoma
chum. Corriza aūt ōr descēsus materie a ca
pite ad nares. Et si materia ista acuta vel
cholerica fuerit vel de flegmate salso mordi
cante collatoria nasi in radice cōtrahet cere
brū in se et expellit illā materiam cū sono et
vehementia q̄ ōr sternutatio. Et ex hoc pt⁹
cp sternutatio nō accidit in cerebro nisi cali
do natura vel accidēte. vñ ypo. vij. ptī. Ster
nutatio fit in capite calefacto cerebro. Brā
cus ōr descensus materie p os ad collatoriū
palati cū screatu vel rascatione: verūtamen
hec tria noia pro eisdē sepius ponunt in
scientia medicine. Iste igit passiones qñq;
fiunt a cā frigida vel calida. A calida quidē
dupliciter. s. effectiue et subiectiue. Effectiue
quidē vt si stomachus calidus sit vaporosus
q: materia dabit multas superfluitates cere
bro que frigiditate sua cōuertet in flegma.
Similiter ex mora sub sole vel statione ad
ignē et ambulatio in aere calido humido vl
vento austrino et ꝓprie sup cibū. Similiter
et ex clamore et vociferatione et inclinatione
capitis deorsum: quapropter quodlibet eo
rū attrahit superfluitates vaporosas ad se: q̄
postea colliquate seu cōgelate descendunt.
Ex quo scire potes cp mala fit cōpaginatio
stomachi frigidi cū cerebro calido vel econ
uerso. ꝓpter qō ait Aui. ꝑmo can. fen. ij. tra
ctl'o de signis cōplexionis pessime. cp deter
rima cōplexionum est in qua mēbra et ꝓprie
principalia sunt diuersarū discrasiarū et cō
trariarū. Subiectiue xo vt si materia fluēs
sit cholera vel flegma salsum. A cā frigida
silr dupl'r. effectiue et subiectiue. Effectiue
vt si stomach⁹ patiat indigōnē ꝓpter qō re
plebit flegmate qō surſuz euaporabit: vel si
cerebrū sit frigidū humidū naturaliter vl ab
extra: vtpote ab aere aqua frigida neq; be
ne digerens suum ꝓpriū nutrimentū qua
re colligunt superfluitates. Subiectiue ve
ro si materia sit flegma aquosum vel visco
sum. Signa materie calide sunt ardor et pru
ritus et asperitas in locis super que currit et
sitis et extenuatio et rubor faciet et amaritu
do saliue vel salsedo sine manifesta causa.
Signa materie frigide sunt eminentia ocu
lorum cum tumore et pallore faciet et oppi
latio narium et collatorij post somnum et spis

fitudo materie cū viscositate: vel si fit subtilis aquosa. Sitis ⁊ difficultas anhelitus et asma ⁊ diminutio odoratus.

Methodus.

Cura oīm istaꝝ passionum si sint a causa calida est vt mundificetur corp⁹ cum pillulis de reubarbaro que sic fiūt. ℞. mirabolanorum citrinorum absq; nucleis. ʒ.℈. reubarbari boni. ʒ.ſ. aloes. ʒ. quinq;. scamonee. ʒ.℈. masticis liquiritie. aā. ℈.ſ. fiant pillule cum muscillagine pfilij vel seminis citoniorum dētur sero absq; cena ex eis a. ʒ. ſ. vsq; ad duas: vel cū apozimate de reubarbaro quod sic fit. ℞. reubarbari. ʒ.ij. incidat fruſtratim ⁊ ponatur in ℥. v. feruentis aque decoctionis prunorum ⁊ dimittatur sic per xij. horas. Deinde colletur ⁊ addatur firupi ros. vel viol. ʒ.ij. et detur totum in matutinis pmissa digestione materie cuz firupo de melliloto dicto in cap. de fetore nasi. vel cum firupo ros. vel viol. de nenupha. dando ex eis omni die cum aqua decoctionis tu tubarum vel sebesten vel passularum. Post purgationez vaporetur os ⁊ facies cū aqua decoctionis viol. siccarum ordei excorticati florum camomille papaueris alb. retinēdo vaporem calidū in os ⁊ nares vel cum acето proiecto in lapide ignito. Ungantur nares ⁊ labia cū oleo ros. vel viol. odoret q̄nq; viol. siccas vel ro. cū camphora vl' continue teneat sub lingua vel etiam deglutiat pillulas: quia inspissant catharrum acutū ⁊ ad screandum preparant ⁊ lenunt asperitatē que fic fiunt. ℞. gūmi arab. dragaganti amili succi liquiritie seminis citoniorum pfilij. aā. q̄tum vis: fiant pillule admodum cicer vel fabe cum muscillagine pfilij nutritatur cum ordeo farre auena ⁊ lentibus. q̄ si virtus debilis fit vel sit cum se. Comedat pullos alteratos cum portulaca cucurbitis lactucis. nequaq; vinū bibat: quia a proprietate causat istas passiones cum vinum mentem percutiat: vt dicit Ypo. in regimine acutorum. Sed bibat aquam ordei vl' decoctionem liquiritie ⁊ zuccari vel aquam calidam in qua fit. firupus ros. vel viol. Cura eoz est si sint a causa frigida vt primo purgetur cū pillulis cochijs vel fetidis dando. ʒ.ſ. sero sine cena premissa digestione cum oximelle compositio vel firupo de sticad. p̄dicto. postea fricetur caput rasum cum cepa acuta: aut squillis aut panno aspero: ⁊ post ponatur super ipsum medicamen rubificatiuum vsq; dum fiat vesicatio ⁊ aspersio sicut est emplastrum tale. ℞. stercus columbinū sinapi assodillos coquant in aqua ⁊ melle: vel in aqua tantum. pistentur omnia ⁊ ponatur calidus supra caput abrasum ⁊ calefactum per frictionem. Subfumigetur in declinatione morbi cum thure vel mastice vel gūmi armoniaco vel ligno aloes aut storace calamento bdellio vel mirrha vel rutha: sed non in principio ⁊ ante euacuationem: quia impedire tur resolutio materie: ⁊ aliquid ipsorum deglutiat sero cum itur ad lectum. Fiat etiam masticatio eradicans flegma ex piretro pipere longo cubeb., pipere mastice. aā. ʒ. ij. passularum quantum volueris et reponantur simul. Et inungatur sepe cum vnguento marciaton ad solem vel ignem diligenter fricando abrasis sepe capillis. Bibat omni die in ieiuno similiter ⁊ sero cum itur ad lectum vnciam vnam boni vini in quo drachma vna masticis aut olibani fuerit infusa vel liquefacta. Saccelletur postea caput cum sale milio et sinapi calefactis super lapide ignito vel vaporetur cum aqua decoctionis rosarum absinthij. melliloti. camomille. donec reliquie omnes resoluantur. Utatur dyacitonitem post cibum: sed aurea alexandrina vel pliris ante cibum. Abluatur caput cum lixiuio decoctionis rapbani ⁊ sticados postea cum vino decoctionis gallarum nucis cypressi ⁊ baccarum lauri vel sulphuris vel balaustie. Comedat carnes assas vel elixatas cum feniculo. Bibat ydromel cum aqua decoctionis yiopi liquiritie et melle: odoret nigellam ligatam in panno lineo subtiliter tritam ⁊ torrefactam. Costi ⁊ nigelle subfumigium expertum est: et sudare in loco calido stomacho ieiuno proposse vt est sanus: ita vt caput sit siccuz et pedes aspergantur aqua calida plurima ⁊ labozare: sitim ⁊ famē tolerare: pposse cenaz subtiliare: cibos siccos

sumere: ⁊ somnū tardare sup cibum. Si aūt hec oia non contulerint .vellcetur caput vbi est cōmissura recta cū cantaridibus ⁊ aperiantur vesice cum acu. Et si hoc nō sufficit cauterizetur locus: ⁊ permittatur diu apertus donec cerebrum exiccetur.

Emperica.

In causa frigida cōmuniter operantes faciunt remediū premissa euacuatiōe vntuer salt dant sero cum itur dormitū. z. vnā. zz. cōdiit: ⁊ post illud immediate potū aque calide: qz digestionem stomachi ꝓcurat: vapores reprimit: catharrum maturat: potus vero aque frigide catharrum multiplicat. Similiter ⁊ potus vini vaporosi ⁊ proprie versus noctē. Item in principio nō cōpetit gargarismus qz materias facit fluere: in medio cōpetit incisiuus: in fine vero stipticus. Item in omni catharro ⁊ tussi catharrali conferūt he pillule. ℞. mirrhe pure. z. sex. olibani. z. ſ. opij tusquiami. aā. z. quattuor. ⁊ sic fiant pillule de quib⁹ detur cum itur dormitum de sero a. z. ℈. vsqꝫ ad. z. vnam: qz omnē fluxum descendentē ad stomachum restringunt: ⁊ ꝓprie post purgationē. Item ꝓferūt inspissantia vt subtile acutuz qō descendit ad guttur ingrossetur ⁊ non descendat in profundum stomachi vel pectoris sed aduneť ⁊ expuať et ex hoc facientib⁹: vt dicit Mesꝫ presenti capitulo. est ibus dragantum ⁊ muscillago psilij vel seminis citoniorū vel iuiube et sebesten ⁊ sirupi ⁊ lobech factum ex eis. sed fiebothomia vt asserit in hac egritudine solum est in tribus casibus necessaria. Primꝰ si catharrus sit calidus ⁊ in corpe calido cuz ruboze oculoꝝ ⁊ plenitudie venarū. Secūdꝰ si catharrus descendit ad oculos ⁊ pulmonem vel membra nobilia. Tertius si accidat catharrus cū feb. in alijs autem est inutilis.

Canones.

Omne reuma descendens a capite deorsuz tribꝰ intentionibus curatur. Prima quidem per confortationem stomachi ne vapores cibales transmittātur ad cerebrum: ⁊ hoc fit per stiptica. Secunda per rectificationem capitis ⁊ cerebri: ne grauide humiditates in sene ipsas deorsum mandet: ⁊ hoc fit per emplastra ⁊ vnguēta resolutiua ⁊ rubificatiua. Tertia fit p̄ confortationē pectoris ⁊ pulmonis ne recipiat a cerebro superfluitates delegatas ſz receptas maturet p̄ noctē vt in crastino excreationi sint parate quod fit per lobech creatiuum ⁊ per pillulas bichichias et per electuaria stiptica ⁊ per debitum decubitus capitis in somno qui est vt iaceat patiens super altero laterum capite valde exaltato ⁊ versus faciem reflexo: vt sic oēs superfluitates eius in somno declinent ad os ⁊ nares nec raptum ad cannā pulmonis habeant et ysopbagum. Ista autem clarius ⁊ plenius dicem⁹ infra ca. de ptisi. ⁊ ca. de asmate tussi ⁊ empimate.

Pronosticatio.

Sternutatio supueniēs in corriza litbargia soda epilepsia freneſi apoplexia arthetica si sit post digestionē materie bonum facilitat atqꝫ vel ocitat cuz ei⁹ expulsiōe. Ante signū digestionis malū: qz demostrat materiā augmentari ⁊ p̄prie in pleuresi peripleumonia ⁊ squinātia. Reuma si descēderit ad stomachum inducit primo indigestionē ꝓpter cibi fluctuationem ⁊ stomachi infrigidationem. secūdo lienteriaz ꝓpter stomachi mollificationem ⁊ retentiue debilitatez: ꝙ si materia sit calida acuta causabit feb. tertio dissenteriam p̄propter intestinorum corrosionem.

Item si reuma descenderit ad pulmonē vel eius cannam inducit primo tussim cronicam. secundo asma siue malitiam anbelitus propter oppilationem cānularum in pulmone. tertio suffocationem si fluxus sit plurimus. Sed si materia sit acuta inducit corrosionem pulmonis. deinde ptisim finaliter et mortem. Item catharrus in senibus raro curatur quia suffocat ante maturationem propter defectionem excreandi. vnde Ypocra. secunda parti. Branchi et corrize non valde maturantur in valde senibus.

Sunt autem valde senes qui sunt in quarta etate que est apud annum .l. ptuagesimum. Senes vero absolute qui in tertia que est apud .lx. annum. Item catharrus cum doloze capitis perdurañ. difficulter curatur quare debilitatem significat

consum matā. Itē autumno multiplicat catharrus ꝓpter inequalitatem aeris: sz in hyeme ꝓpter aeris frigiditatē: estate ꝓpter colliquationē: vere ꝓpter multitudinē būorum. Itē reumatici nō fiunt splenosi. Itē catharrosi dispositi fiunt ad apoplexiā ⁊ epilepsiā si materia sit frigida: ad ptisim vero si sit calida nitrosa.

¶ De raucedine vocis. Cap. iij.

RAucedo vocis qñq; est a natura ꝓpter malā cōplexionem inequalē epiglotti ⁊ cāne pulmonis būidam oppilantem vel siccā exasperantē ⁊ ista est incurabilis. qñq; est accidentalis ⁊ de cura ist⁹ loq̄mur. Fit aūt trib⁹ modis. vno mō a catharro frigido flegmatico viscoso oppilāte epiglotū in quo format vox ⁊ vocalē arteriam totā. Et signa ⁊ curatio ei⁹ habet cōpleta ex capl'o de catharro. ⁊ ca. de tussi de causa frigida. Adhuc ꝓpter illic dicta cōferūt loth factū ex dyapraſſij parte vna ⁊ dya calamēti vl' dyayris ptib⁹. ij. addēdo succi liquiritie ⁊ mellis dispumati quod sufficit. ex quo lambat mane ⁊ sero paulatine inglutiendo. Scōo modo fit a siccitate pl'ima illarum partiū exasperāte superficiē ipāz: ꝓpter qđ aer inequal'r pcutit ad ipam. Cū asperitas nihil aliđ sit q̄ inequalitas ꝙz durū corp⁹ vt dicit gal'. in teg. tra. de signis. c. de signis cāne pulmonis. Et ista spēs accidit habitātibus in sole vel vēto ficco vel corp⁹ siccis p naturam. Et signa ⁊ cura habent plene ca. de ptisi. Preterea ꝓfert lohoch ex dyapraſſij parte. j. dyagragāti. p. ij. ⁊ dyapeniđ. addendo succi liq̄ritie ⁊ zuccari qđ sufficit. Tertio fit a caliditate accidēti ali. cōsumēte hūiditates lubrificas ⁊ corrugante vias: sicut cōtingit febricitātibus: ⁊ ꝓprie febrib⁹ cronicis ⁊ etbicis. Et signat' cura cap'. de tussi habentur. Preterea lohoch ex parte ℈. dyapeniđ. ⁊ pte. j. dyaprunis ⁊ partibus. ij. dyagragānti addendo zuccari vio'. quod sufficit vel succi liquiritie.

Emperica.

Sirupus bonus ad voc: et ꝓprie in flegmatica cā. ℞. passularum pinguiū liquiritie ysopi yzeos ficuū pinguiū ficcarum capilli veneris calamenti ficci aā. ʒ. vj. dragaganti masticis aā. ʒ. iij. croci. ʒ. ſ. decoquant ista in quattuor. ℥. al's lib. succi cauliuz vel aque decoctionis eorūdem vsq; ad cōsumptionē medietatis: ⁊ colient ⁊ fiat sirup⁹ cū melle et zuccaro aā. ℔. vel aā. lib. ſ. detur omni die mane. ℥. ij. cuz aqua decoc. ficuum ⁊ vue passe. Itē lohoch ad idem. ℞. aque decoctionis caulium lib. iij. mellis dispumati lib. ſ. decoquantur simul lento igne donec aqua consumat ⁊ mel remaneat: aut mel soluz capiat ⁊ cum ipso incorporet. ℥. ſ. ⁊ ℔. radicum rapbani crudi atq; mūdati pfecte exipso lābat ſre quēter i tetuno. Et sunt aliq; q̄ loco rapbani squillā vel yzeos vel se. vrtice vel cepe assum cōmiscēt potens est ⁊ exptum. Item lohoch de squilla sublimē dicemus ca. de tussi cuz de empticis loq̄mur. Itē electuarium ad idē. ℞. dyayſopi dya calamēti dyayris dyagraganti aā. partē. ſ. dyapapaueris partes ij. dyapeniđ q̄tum de oib⁹ misceant simul et lambat omni sero repetit feruorē: ⁊ qđ fluxum est: digerit ⁊ expellit. Itē ad idez. ℞. succi liquiritie zuccari albi aā. partē. ſ. amidi dragaganti gūmi arabici solibani aā. par. ℔. ij pillule cū albumin⁹ ouoz quoz trāsglutiant omni sero quattuor vel quinq;.

Canones.

Abstineat a potu vini pontici ⁊ aceti ⁊ oim rerū asperarū ⁊ diligāt dulcia: sicut sunt mel zuccarum aque decoctionis passularū iuiuba rum sebesten ficuum ficcarū dactilorum et similium: nisi intendat ad incisionem reumatis: tunc conferunt acuta: sicut est ysopus et sinapis condita cum melle.

¶ Tractatus secundus secunde sectionis.

Rectoris et

pulmonis passiones sunt septē Prima tussis Secunda asma ⁊ disnia ⁊ oregmon siue ortonia. Tertia pleuresis. Quarta peripleumonia. Quinta empima. Sexta ptisis ſ. Septima sputum sanguinis. Cum aut em dico pectus ⁊ pulmonem cōprehendo costas pleuram thoracem pulmonem mediastinuz pectoris ⁊ dyafragma. Et hec sunt omnia membra spiritualia preter cor ⁊ eius capsulam. de quibus

dicetur primo tractatu. Est autē ipsoꝝ compago talis in anathomia: qm̄ sub parte cōcaua costarum transit panniculus circūquaq; qui pleura dr vt pulmonē defendat ꝛ coꝛ ab earum duricie ꝛ asperitate. Est nāq; coꝛ cū eius ministro ppꝛio plone locatū inter ossa circunquaq; per orbē quēadmodū dñs et rex inter firmos muros: ita vt pulmo totū locum occupet ex omni pte preter qꝫ coꝛ ꝛei? camera q̄ capsula dr parti sinistre pulmonis residenter alligata. verum qm̄ principē decet esse tutū: diuisit natura pulmonē p medium fm longū panniculo subtili q̄ mediastinum pectoris appellatur ne forte sanies vel catharrus partē dextrā occupans interficiat ꝛ sinistrā. Quapropter accidit in empimate et emptoica passiōe vt sanguis ꝛ sanies vnius lateris expurgari nō valeat per lateris alteri? aperturā. Ordinauit ꝑterea et altum pānīculū diuidentē coꝛpus p medium: velut tympanū ortū a finib? costarū mēdosarū qui transit sup stomachū et epar et splenē et oia membra nutritiua: vt coꝛ ab eoꝝ vaporibus qui surgūt boꝛa digestionis scōe preseruaret. et iste pānīculus dicitur dyafragma. Cui? est ꝛ aliud iuuamētū fm Gal'. vj. de iuuamētis. vt. s. suo motu sursum et deorsū anhelitū pficeret et pulmonē adiuuaret velut accidit in follibus fabroꝝ.

¶ De tussi. Cap. j.

Tussis est motus fortis pectoris et pulmonis cōpositus ex naturali et voluntario ad expellendū rem q̄ infert nocumentū in anhelitu vel organis ipsius. Fit autē propter malam cōplexionē diuersam sine materia vel cum materia. Et si sine materia illud est dupliciter: quia vel ista cōplexio est a causa intrinseca vel extrinseca. Si intrinseca sic est a caliditate vel ficcitate pulmonis. Si extrinseca sic est a frigiditate ipsius ratione aeris continētis. Si vero fit cū materia boc iterū dupl'r: vel cum apostemate: vel sine. Si cum ap̄ate sic est a pleuresi: vel peripleumonia. Si sine ap̄ate boc iterū dupl'r. vel illa materia causat tussim cum sola q̄̄titate vel q̄̄titate et qualitate. Si quātitate sola vel est humoꝝ: et sic ē propter catharrū: vel est sanies et sanguis: et sic est ꝓpter empima. Si q̄̄titate et qualitate simul sic est ratione ptisis. in ptisi nāq; est sanies ulcerans pulmonem sui acuitatē: oppilans sui quātitate. et sic patet qꝫ in genere sunt octo cause tussis. Prima est caliditas. scōa siccitas. tertia frigiditas. quarta pleureſ. quita peripleumonia. sexta catharrus. septima empima. octaua ptisis. Signa igitur tussis que fit a caliditate pulmonis sunt vehementia sitis quā fion extiguit aqua frigida sz magis aer frigidus et magnitudo anhelitus ꝛ pulsus atq; rubedo faciei. Signa eius que fit a siccitate pulmonis sunt: quia tussis fit absq; sputo et aleuiatur post sorbitionem penidiarum amili. et post somnū: cibum: et baineum aque tepide: sed fortificatur post sitim: famē: vigilias: et est cum strictione anhelitus et coꝛporis extenuatiōe et pulsu paruo spisso et qn̄q; cum fe. acuta. Signa eius que fit a frigiditate aeris sunt nota ex relatione infirmi. Signa ei? q̄ fit a pleuresi sunt dolor lateris pungitiu? fe. cōtinua acuta ꝛ oia signa pleuresis. Signa ei? q̄ fit a peripleumonia sunt signa peripleumonie scz fe. acuta dolor pectoris grauatiu? pulsus mollis vndosus. Signa eius q̄ fit ꝓpter catharrū sunt: q: si catharrus fit de materia frigida flegmatica grossa apparet exitus flegmatis grossi visosi ꝛ fortificatur post somnū ꝛ quietē. Si vero catharrus fit de materia calida acuta vel de flegmate salso subtili sentit' ardoꝝ circa labia ꝛ sitis quā tollit aqua frigida ꝛ aer frigidus simul: neq; fortificatur post somnū et anteceſſio ciboꝝ acutoꝝ ꝛ caput sentitur calidū: ꝛ est eius sputū modicū subtile salsum ꝛ qn̄q; cedit ictui aeris feruentis. Signū autem cōmune ad omnē catharrum qō nō fallit est cum infirmus senserit quoddaz stillare cōtinue paulatiz ad os ꝛ partes gutturis deorsum. Signa eius q̄ fit propter empima sunt anteceſſio catharri vel pleureſ. vel peripleumonie post q̄ remanet tussis cū sputo sanies ꝛ sanguinis ꝛ dolore pectoris grauatiuo ꝛ anhelitu stricto. Signa eius q̄ fit ꝓpter ptisim sunt sputum sanies vel sanguinis cū fe. cōtinua lenta pulsu paruo spisso collo longo. Et qꝫ coꝛpus continue exiccatur de die in diem ꝛ certissimū signum est si cortices similes pelliculis subtilibus albis egrediant' cū sputo vel pellicule rotunde.

Cura

Methodus.

Signa ei⁹ q̄ fit ꝑpter inteſtinoꝝ ſiccitatē naturalē ſunt extenuatio miracbvētris ⁊ ei⁹ ſubtilitas cū priuatiōe oīs cauſe alteri⁹. Et ſi ſtomach⁹ ſit calide cōplōnis ⁊ ſiti būdus frequenter: ſed modic⁹ ei poꝛ ſufficit ꝑ vice: ⁊ plurim⁹ in eo fluctuat ⁊ inūdat. Et cura ei⁹ eſt ſumere in ꝓncipio comeſtiōis iuſra pinguia ⁊ cibos vnctuoſos ex oleo vel butiro vel adipe caſtratoꝝ ⁊ olera pinguia facta ex ficla ⁊ ſpinarchijs ⁊ malua. Et ceraſa vel vuas recentes vel pꝛuna vel ficus vel bibere vinum dulce nouum vel vetus ruſbeuz. Sumatcz cibos participantes acuitatez que ſtimulent ad ſeceſſum: ſicut eſt aqua decoc. cauliuz vel lentium cōdita cum ſale ⁊ vnctuoſis ꝓdictis ⁊ faſeleos ⁊ piſa. cocta cuz carne pingui caſtratoꝝ vel pulloꝝ: deuitet cibos aſſos. Sumat in auoꝛa dyapꝛunis ſimplex. vtiet balneum ꝑpoſſe: ⁊ cuz neceſſe fuerit rōne ſoꝛdis ⁊ ſudoꝛis balneetur in aqua dulci decoc. maluaruz ⁊ populi ſine moꝛa in ipſo. Cliſterizetur q̄ñcz cum ſlib. ſ. ⁊ ỽ. aque deco. malue biſmalue: mercurialis: ficle: beꝛbe viol. in qua ponantur olei viol. ʒ. iij. melꝛlis. ʒ. j. ſalis. ʒ. ſ. Et iterum bulliatur ⁊ tepidū inj̄ciatur in ieiuno: ⁊ caueatur ad impinguationem coꝛporis pꝛopoſſe. Signa eius que fit ꝑpter caliditatem inteſtinoꝝ ⁊ epatis ſunt vehementia ſitis ⁊ durities fecis: ⁊ qō egreditur ſicut ſquibale: ⁊ forte ſentitur ardoꝛ in ventre ⁊ anoꝛ boꝛa egeſtionis ⁊ vrina ſubtilis ignita. Et cura eius eſt ſumere in ieiuno ceraſa ⁊ pꝛuna ⁊ dyapꝛunis ⁊ ficus ⁊ vuas recentes ⁊ melones: ⁊ pepones ⁊ citrulos ⁊ ſimilia: ⁊ comeſtio oleris facti ex malua: ficla: lactucis: poꝛtulaca: cucurbitis: melonibus: ſpinarchijs: attriplice ⁊ ſimilibus coctis cum carnibus agnoꝝ ⁊ poꝛcellorum ⁊ vituloꝝ lactantium conditoꝝ cū ſapoꝛe facto ex aceto vel ſucco berberis. Bibat vinum album debile limphatum cum aqua fontis viui. Et ſi fit cum febꝛe ſumat in auoꝛa ſirupum viol. ⁊ bibat aquam, oꝛdei vel iulep loco vini pꝛedicti. Cliſteriſetur ſepe in ieiuno cum cliſteri pꝛedicto: diminuat pinguedinem in cibis: quoniam omne vnctuoſum eſt de facili inflammabile et caloꝛis augmentatiuum: ⁊ diligat humida pꝛopoſſe vergentia ad frigiduz. Signa eius que fit pꝛopter caliditatem renum ſunt exuberantia vrine plurime cum fitt ⁊ ariditate coꝛporis: cui ſi medicus nō ſubuenerit: perducit egrū ad etbicā ⁊ maraſmū ⁊ caliditatez ſenſibilē circa renes: ⁊ ꝑpte ſi paſſio fuerit pāniculis ei⁹ comitata: qm̄ renū ſubſtantia nō ſentit: ⁊ eſt vrina ſubtilis aquoſa nō citrina: qm̄ pauca cholera nō pōt in vrina tincturam inducere in plurima aquoſitate. Nec etiam cholera generatur a caliditate renum: ſed epatis. Unde Ypo. iij. par. ampb.

Urina multa noctu facta modicū secessum signat ⁊ ecōuersō. Et cura ei⁹ est assiduare in tetunor principio comestiōis oīa lenificātia ventrē cū opillatiōe viaz vrine: sicut sunt passule pingues ⁊ enucleate ⁊ ficus carice ⁊ dactili ⁊ pultes facti ex amilo penidijs vel farina ordei cōdita cū butiro plurimo ⁊ butiruz recēs cū mica panis furfuraceī ⁊ pruna recētia vel ficca infusa in aqua decocti. zuccari ⁊ olus factum ex ficla ⁊ mal. ⁊ spinar. lactucis atriplice conditū cū butiro ⁊ sale nō pauco. Bibat vinū dulce clarū limpbatū parūper. deuitet cibos ⁊ pot⁹ diureticos: ficut ē aqua ciceruz ⁊ faseoloz ⁊ pisoz ⁊ vinū albū subtile aquosum: ⁊ multiplicatio salis in cibo: ⁊ generaliter oīa calida vel frigida: assiduet acceptionē sirupi violar. in aurora. Soluat quōq; cuz medicina que lenīat lubricuz factēdo: sicut est ista. ℞. aq̄ decoctionis prunor. ℥. iiij. dissoluatur in ea medulle cassief. tamarindoruz māne añ. ℥. ß. collet ⁊ det ante diem actu calida. vngat locus renū frequēter cū populeon vel oleo ro. mixto cuz aliquātulo aceti ⁊ puluere bolī armenici ⁊ san. ora. Signa ei⁹ que fit ppter destructionē sensus intestinoz sunt: qm̄ nō sentit vel paucaz sentit mordicationem in ventre post assumptionem pigris vel sinap. vel alioz acutoz. Et cura eius est vt assiduet cibos et sapores acutos secessiuos: sicut est sinap. fracta ⁊ condita cum vino ⁊ melle: ⁊ legumina cocta cum butiro ⁊ sale cum aqua decoctionis caulium ⁊ cortices lentium conditis cum oleo vel butiro ⁊ sale ⁊ substantia caulium semicoctorum: qm̄ per coctura fortez resoluunt ptes acute. Bibat vinū dulce ver⁹ vel claretū. Signa eius que fit ppter paucitatē cholere trāsmisse ad intestina sunt difficultas egerēdi cum siccitate et albedine fecuz: sicut stercus canis ⁊ inflatio vētris ⁊ vt plurimū in yctericia citrina.

Et est qñq; cuz vomitu cholere ⁊ vrina ignita: qm̄ cholera p istas derivat regiones. Et cura eius si fit ppter opillationē est illa quā diximus ca. de yctericia. C. de yctericia citrina ppter opillationē pozoz felis. Si autez fit ppter frigiditatē epatis nō mltiplicātis cholerā. Curā eius dixim⁹ ca. de debilitate epatis. C. de causa frigida. ⁊ ca. ō cacbecia. per totū. Utatur in oīni causa rebus calidis aperitiuis: sicut est sinapis cōdita cuz vino ⁊ melle ⁊ salsamēta ex allijs porris cōditis cuz vino ⁊ modico aceti acutissimi: ⁊ ficus ficce pingues ⁊ siliqua. Signa ei⁹ que fit ppter flegma grossum viscosuz in intestinis: sic nāq; flegma subtile liquidū aquosuz fluxum ventris dyarricū vel lienericum causaret. Signa sunt qm̄ fit post sattetatē nauseatiuā ex piscib⁹ vel fructib⁹ ⁊ caseo ⁊ pane de simila: retinet fex ⁊ vētositas oīno ⁊ multiplicat nausea ⁊ fetet eructatio: ⁊ surgit in ventre dolor colicus fort(: ad quē forte seqtur sudor frigidus: ⁊ est vrina al. grossa viscosa cuz spuma prima. Et cura ei⁹ est vt boza portissimi et dolozis ilico lenīat vētер cuz clistere lenitiuo supradicto. Et si nō suffecerit: fiat clistere acutior quod. ℞. ficus citrinas ficcas pingues nūero. xl. furfur. p. ß. malue: ficle: bismal. añ. ℳ. ß. decoquātur in lib. ij. aq̄ donec medietas cōsumatur: tūc colletur ⁊ dissoluant in ea olei cōis vel olei rutbacei qō meli⁹ est. ℥. iiij. melis. ℥. ij. ⁊ iterū bullant aliquātulū ⁊ tepidū injiciat frequēter donec dolor sedet vel minoretur. Et si nō suffecerit: fiat tale clistere acutius dissoluendo in coliatura tā dicta. ℥. ij. vel iij. pulueris al. qui sic fit. ℞. salis gēme. ℥. ß. colloquintid. ß. camonee añ. ℥. ij. ⁊ terant subtiliter. ⁊ iste est puluis almañ. ex quo fiūt suppositoria cū melle vel succo absinthij q̄ ipse vocat pillulas albas: ⁊ sunt veloces in stipticādo ventrē ⁊ mitigādo dolorē colicū ventosuz et humoralē ex materia frigida viscosa. Et plura clisteria dicemus cap. de colica. C. de colica vētosa. Boza aūt quietis abstineat a sattetate ppostē. ⁊ vtat cibis vtilib⁹ calidis sicut sunt carnes laudabiles ⁊ iura earū cōdita cū pipere cinamomi cardamomi ⁊ croco inspissata cum vitellis ouozum fine albumine. Bibat vinum album vetus amarum: et multiplicet in cibo suo sal ⁊ allia ⁊ sinap. Deuitet omnes pisces ⁊ fructus: quonīā viscosi sunt: ⁊ omnia legumina: quoniam ventosa sunt: ⁊ omnia olera preter ficus ficcas ⁊ nuces. Assiduet omni die in aurora vsum electuarij dyatriū pipereō dyacimīnū dyagallan. dyacitonitē cū speciēb⁹ simliū. Deuitet frigida stiptica: sicut est agresta berberis et acetum: nisi fit acutū valde: tūc potest ex ipo parum aliquid addi in saporibus ⁊ condimētis ppter frigiditatis incisionē ⁊ appetitus expergefactionē. Provocetur quandoq; vo-

mitus cū aqua mellis vel sirupo acetoso cō/
posito vel oximelle ⁊ aqua decoctionis ane/
ti⁹ et rapbani p̄missa repletione ex cibis et
potib⁹: vt docuimus ca. de fetore nasi. Deui
tet aquā frigidā ⁊ vinū stipticū vel pōticuz:
et diligat vinū dulce clarū vel amarū puruz
vel claretū. Signa ei⁹ q̄ fit ꝑ raritatē coz/
poris sunt puttas fecis in oibus diebus sue
sanitat⁹ respectu cibi assumpti ⁊ siccitas ei⁹
plurima semp ⁊ multitudo famis ⁊ vehemē
tia appetit⁹: ⁊ habitudo corpis ficca macra.
Et si ambulet in sole calido vel mozetur in
balneo vel labozet: dissoluatur vehementer
eius virt⁹ ⁊ inflāmat corpus. Et cura ei⁹ est
vt cibis grossis viscosis pinguibus: qz p̄bēt
plurimū nutrimentū cū difficili nutritione ⁊
tarda dissolutionevel resolutione: vt est caro
porcoz ⁊ vituloz ⁊ pultes ex farina simile:
qm̄ in boc corpe nō est timoz fortis in opilla
tione neq; in causis intrinsecis. Bibat vinū
rubeū dulce grossiuz ⁊ sepe comedat si stoma
cbus id tolerare queat. Si vo stomachus sit
debilis parū ⁊ sepe comedat. Et sumat iura
carnū inspissata cū vitellis ouoz ⁊ mica pa
nis. Gaudeat ociosono sup cibū: habitet in
aere frigido: inūgat corp⁹ totū cū aq̄ ros. vel
oleo ⁊ cera. Et si corpus sit carnosum ⁊ mē/
bra p̄ncipalia bn̄ coopta intret aliq̄n aquaz
frigidā ⁊ abluat i ea: aliter vo nequaq̄. Ab/
stineat a coitu ⁊ labore ꝑposse: in clisterijs ⁊
cibis alijs regat sicut stipticus ꝑpter siccita
tē cōplonis inteſtinoz. Signa eius q̄ fit pro/
pter ap̄a dicentur ca. de apostemate inteſti/
norum: vbi ⁊ cura eius ponetur. Signa eius
que fit propter siccitatez ciboz in principio
assumptoz̄ patent ex relatione infirmi. Et
cura eius est postpositio talium omnino ⁊ af
sumptio lubrificantū in principio sepe di/
ctoz. Et si quandoq; cibi sicci fuerint assum
pti: vt risum: milium: fabe fracte ⁊ similia. ⁊
eger sentit lesionez in ventre cū stipticitate.
Sumat i potu sirupū viol. vel iulep vl aquā
decoctionis ficuū siccarū pinguiū vel oleuz
amigdalarū. Sumat aūt oleuz in quo bul/
litus sit sup ignez de penidijs vel zuccaro ru.
q̄tum ip̄m est vsq; ad spissitudinez: qm̄ ista
cōfectio lenit vehementer ventrez si ex ea lā
bat frequenter ⁊ bibat post ipsaz aliq̄d ex li
quoribꝰ p̄dictis vel vino dulci: in cibis ⁊ po/
tibus ⁊ clisterijs tā lenitiuis q̄ acutis fiat si
cut in stipticitate ꝑpter flegma grossuz. Si
gna ei⁹ q̄ fit ꝑpter paucitatē cibi p se patēt.
Et cura ei⁹ est reductio ad cōtrariū proposse
⁊ cōfortare appetitū: vt suo diximus capl'o.
Signa ei⁹ q̄ fit propter labozez fortez vel ae
rem calidū resoluentez patent ex egri narra
tione. Et cura ei⁹ est p̄cōpositio talium ⁊ inū
gere corpus cū oleo ros. in quo dissoluta est
cera ⁊ balneari in aqua frigida ⁊ aqua deco
ctionis ro. siccarū foliox salicis ⁊ vitis ⁊ sola
tri ⁊ rozare faciem cū aqua ro. ⁊ cāp boza san
dalis ⁊ aceto: in cibis ⁊ potib⁹ fiat sicut pri⁹:
⁊ etiā in clisterijs.

Emperica.

Scias q; oēm ventris stipticitatem adiuuat oi die in aurora mozose de somno surgere si/
ne strepitu vel stupoze ⁊ stare corpore erecto
postea sedere. ⁊ sic vicissim iyno loco fixe ma
nere sine motu oino donec feces ꝑ oēs inte/
stinoz̄ revolutiōes totaliter descendāt: neq;
labozē diutnū arripere donec euenerit assel
latio debita vel cōsueta: qm̄ labor ⁊ motus
feces exiccāt: ⁊ earū descēsum p diuersos an
fract⁹ retardāt. Lubrificat ꝑterea vēter sti/
pticus q̄ttuor modis in gñe: scz p cibos. p me
dicinas. p suppositoria ⁊ clisteria. de quib⁹
p ordinē famosiora ⁊ maxime familiaria p/
curramus. Ars lenīdi ventrē p cibos ē a p̄n
cipio cōestionis sumere ex lenitiuis: vt sunt
pruna matura: vue pingues: cerasa dulcia:
passule enucleate: dactili pingues ⁊ ficus est
olus factū ex ficla ⁊ malua coctis in aq̄ pse/
cte ⁊ cōditis cū butiro vel lacte amigdalaz
dulciū salitis plus debito. Et ficus ē butirū
recēs sumptū cuz mica panis furfuracei vel
cocti ⁊ ꝑprie ius eoz: qm̄ pfecte cocti fiunt
stipticī ꝑpter partū acutarū resolutionem
Et sicut sunt lētes semicocte ⁊ ꝑprie ius ea
rum primum ⁊ pultes facti ex amilo ⁊ fari/
na ordei conditi cum penidijs ⁊ butiro vl'r
omnia lenificantia ventrē: ⁊ diuertētia ma
terias a vijs vrinalibus ⁊ sicut sunt acuta ex
citantia virtutē expulsiuam inteſtinoz̄. ver
bi gratia. Sinap. condita cum melle crudo ⁊
potus aque salse plurime ⁊ vsus piperis mo
deratus. Maturam nanq; sapit tota dieta/
tio: vt dicit Gal. ij. alimētoz. cap. de pomis.
Ars vo lenīendi ventrem stipticum per me
dicinas leues non difficilis est: vt semel in

bebdomadavl' qñ necessevidet sumat de pul uere q̄ sic fit ⁊ ꝑprie in cā flegmatica. ℞.tur bith optimi.ʒ.ℨ.ȝȝ.cinamomi.añ.ʒ. ij.gallā ge macis gariof.cardamomi.añ.ʒ.ℨ. zuccari al.ʒ.iij.teranť ⁊ misceātur. Detur ex hoc pul uere.ʒ.ℨ.vel.ʒ.vſ.cū aqua calida: vl' iure pul lorum ſero ſine cena qñ materias crudas in ſtomacho calefactas leuiter educit. Et differat in craſtino comeſtio ſup ipm: qñ eſt tar/ de ſolutionis. Idē facit puluis de tartaro vi ni albi ſi detur ex eo in cibo aliquo: vel ꝑ ſe cū zuccaro.ʒ.ſ.vel plus. Sed ſcendū de cor/ roſione inteſtinoꝝ ꝙ frequēter ē ſumēdū in cā calida aut cholerica ſtomachi laxatiui.ʒ. ℨ.vel.ʒ.vſ.cuꝫ aqua calida in matutinis. In melācholia ȳo adde ad puluerē predictum ſene mūdati electi q̄tuꝫ de oībus ⁊ ſi adde/ rentur flores borraginis ⁊ ro. ficce ſtomachū ⁊ ſplenē cōfortarēt. Si aūt venter ſit cōſtipa tus ꝑpter caliditatē ⁊ ſiccitatē inteſtinoꝝ naturalē vel acquiſitā. Sumat in aurora.ʒ. iij.firuꝑ.viol'.cū aqua decoctionis prunoꝝ maturoꝝ vel prunoꝝ dactiloꝝ ficcoꝝ.vel ſu/ mat de zuccaro viol'.cū eiſdē: qñ eſt ex ſoluti uis p̄dictis: vt dicit Aut. vel diſſoluanť caſ/ ſiel.ʒ.ij.in aquis eiſdē: ⁊ colleť ⁊ detur in ma tutinis: ⁊ idē facit ūtamarindi atq; manna. Si aūt vēter ſit ſtiptic⁹ ꝑpter flegma groſ/ ſum viſcoſum: tūc neceſſario p̄mittēda eſt di geſtio: qñ materia eſt inobediēs. P̄ōt tñ da ri pul.talis. ℞.gallang.ȝȝ.cinamomi añ.ʒ.ſ. cubebe aniſi agarici. añ.ʒ.ij.exule q̄tum de oīb⁹ zuccari qō ſufficit ad dulcorādū. Denť ʒ.ij.vel.iij.in ſero cū vino calido vel vino deco ctionis.ȝȝ.baccarū lauri finaꝑ. ⁊ filium. Si aūt ſit vēter ſtipticus ꝑpter vētoſitates coar tātes ſoluať cū tali medicina. ℞. tartari po lipodij.añ.ʒ.ij. aniſi.carui cinamomi. añ.ʒ. iij.ſene ad pondus oium zuccari qō ſufficit. Deť.ʒ.ℨ.vel. ʒ.ſ.cū vino calido vel vino de/ coctiōis baccarū lauri. Et ad hoc ꝙfert tus galli decrepiti ſi cū eiſdem reb⁹ decoquať in aqua dulci vſq; ad oſſiū ſeparationem: ⁊ ex eo biberť lib.ſ.vel.ℨ.in ieiuno. Facit enī aſſel lādo trullas emittere. Si aūt, ſolutione leui intendendū totā maſſam ſanguinis munda re cū cōfortatione ſtomachi epatis; atq; ſple nis fiat talis puluis. ℞.floꝝ borrag.roſ.fic/ carū.añ.ʒ.ℨ.ſemis ameos amomi ciperi cap paris.ſemis endiuie feñ.añ.ʒ.ij. quinq; mi/ rabola.añ.ʒ.ℨ.cinamomi gariofil'.ȝȝ.añ.ʒ.ſ. turbith alb. ⁊ electi.ʒ.ij. reubarbari.ʒ.ſ.zuc/ cari qō ſufficit: fiat puluis vel electuarium: qñ educit eboleam flegma ⁊ melancholiā ⁊cōfert corporibus delicatis. Detur ex eo.ʒ. ſ.vel.ℨ.in vino calido limpbato. Ars ȳo leniē di ventrez ſtipticuz ꝑ ſuppoſitoria ſic fit. ℞. exule.ʒ.ſ.ſalis gēme.ʒ.ℨ. mellis qō ſufficit: fiant ſuppoſitoria longa ⁊ imponātur in ie/ iuno. vel ſic. ℞.agarici colloquintid.partes quatuor ſalis cōis ꝓtez ℨ.mellis qō ſufficit: vel fiat ſuppoſitoriū ex ſale gēma ſoluz: vel ex ſapone vel lardo ſalito: vel fiat ſuppoſi/ toriū ex fellibus qō. ℞.farine furfuris vel or dei vel auene vel ſtiginis q̄tū vis ſalis cōis ⁊ melʼ.qō ſufficit: incorporādo ꝑ duobus ſup poſitoriis: ⁊ fel alicuⁱ⁹ aialis ſcilz bouis vel capre vel porci vel vituli vl' canis. Si vis ma gis acuere: adde aliq̄d aloes. In pueris vero ſufficit ſuppoſitoriū ex penidijs. Ars lenien/ di ventrē ꝑ cliſteria ſic fit. ℞. malue biſmal/ ue mercurialis atriplicis vngule caballie brā ce vr ſine ficce vel quorundam.añ.m.ſ. deco/ quātur in quatuor lib. aque donec tertia pa aque conſumať: colletur ⁊ addanť mellis.ʒ. iij.olei cōis.ʒ. iiij.ſalis.ʒ.ℨ.⁊ iterum bulliať parūper ⁊ colletur ⁊ tepidū. iniciatur: ⁊ poſ/ ſunt addi flores camomille ⁊ farina furfur. vel fabarū.p.ſ. ꝑpter abſterſionem. Ite cli/ ſtere aliud lenitiuuz ⁊ ꝑprie in feb. ℞.malue altbee prunoꝝ viol'. lactucarū raſure cu/ curbite folioꝝ papaueris.añ. M.ſ.oleivio. ʒ.iij.zuccari.ʒ.iij.ſalis.ʒ.ij. fiat ſicut prius. Ite cliſtere acutum. ℞.malue altbee ficle fo lioꝝ caulū recentium centauree rutbe abſin thij.añ.m.ſ.olei camomillini vel rutbaceti. ʒ.iij.mellis.ʒ.iij.ſalis.ʒ. ℨ.fiat ſicut prius. Et ſi ſit cuꝫ multitudine flegmatis: adde in decoctione prima bermodactillorū agarici colloquinti.q̄tum neceſſe videtur. vel yera/ pi. Balʼ. vel benedicte laxatiue in collatura. Si autem ſit cum multitudine ventoſitatis ⁊ torſionis in ventre adde polipodij querci/ ni cartami aniſi carui cimini in decoctione vl' dyacimini in decoctionis collatura. Si vero cum melancholia: adde ſene tbimi epitbimi exule in decoctione vel yeralogodion ⁊ dya/ ſene in collatura decoctionis. Et ſcias ꝙ in omnibus cliſteribꝰ poſſunt poni ſoluentia lu bricum faciendo et ꝑprie in collatura vt

sunt cassiaſi. tamarindi manna.

Canones.

Medicinas ⁊ cibos laxatiuos nō cōuenit offri die assiduare qm̄ virtutē stomachi retentiuā deij ciunt: ⁊ virtutē expulsiuā reddunt cōsuetudinarias adeo vt pigritet in expulsione superfluitatū nisi fuerit stimulata. Itē oēm cibum vel medicinā laxatiuā expedit dare in ieiuno vel in p̄incipio comestionis: ne forte cibum corrūpant cui p̄miscētur ⁊ virtutez p̄priam amittāt p̄ter solum dyacritonitem acutuz qō post cibū ilico dari cōuenit: qm̄ soluit cōprimendo sil'iter ⁊ mirabol'. ¶ Sciendū p̄terea ꝙ ex medicinis solutiuis exhibitis p̄ superi⁹ meliori in stipticitate vētris est que sumitur ex yiol'. cassiaſ. mānna tamarindi: qm̄ soluēdo ventrez relinquūt lubricitatē similiter ⁊ dya prunis acutuz: ⁊ sirupus violaceus acuatus cū dyagredio vel reubar. ⁊ p̄prie in causa calida. Necz vtatur aliqua solutione facta ex mirabol'. qm̄ est deterior solutionū in hoc casu. Uniuersaliter tamen melius est lubrificare ventrē per inferius cum clisteri vel suppositorio q̄ per superius cū medicina ois laxatiua q̄tūcunq; leuis vel consolata debilitat membra nobilia ⁊ p̄prie stomachuz ⁊ epar: propter ꝙ oīa. farmaca sunt euitanda nisi qm̄ requiritur aliorum membroꝝ euacuatio vel venaruz. Item conetur sanitatis custos omni die ventris lubricitatē debitā seruare: qm̄ est maximū in ea iuuamentū ⁊ p̄seruās a multis passionib⁹ ⁊ p̄prie soda pulsatiua vertigine scotomia se. putridis ap̄atib⁹ mēbroꝝ iteriorū ydropisi ⁊ colica. Quapropter ait Gal'. j. alimentoꝝ ca. de frumēto elixato. solū est hoc remediū indigestionis q̄rere sessum stercorum cuiuslibet die.

Pronosticatio.

Uētris stipticitas supflua in oī egritudine malū: qm̄ virtutez egri deijcit appetituz p̄sternendo: mēbra grauat replendo: angustiā inducit ad cerebrū fumando: torsiones p̄creat mēbra neruosa scindēdo: ⁊ qō deteri⁹ est morbū ⁊ suā causam fouet dispositionez fortificādo ⁊ cause euacuationē p̄hibendo. Conet ergo medicus oi die ventrē lenire cū clisteri si virtus sit fortis: vel cum suppositorio si sit debilis ⁊ p̄prie post somnū ⁊ ante cibū vel hora sanitatis sue consueta vel hora maioris q̄etis si fuerit cū se. qualicūq;. Item dicit Hypo. ij. pti. ampl̄. Quibuscūq; iuuenib⁹ existētib⁹ vētres ficci sunt ijs senescentib⁹ humectant ⁊ ecōuerso: qm̄ mutata complexiōe naturali mutant ei⁹ opationes. hoc tn̄ fallit in duob⁹ casib⁹: vt dicit cōmentator ibidē. primo quidem si cholera sit pauca q̄ fiet minor in sento ⁊ per cōsequens remanebit humiditas ventris.

¶ De colica: yliaca ⁊ yleos. Capitulum. iij.

Iste tres passiones q̄uenīūt in forma siue essentia: qm̄ vnaq;q; ipsaꝝ est torsio sicut dolor ventris p̄pter qō si fortificet videt hoi ꝙ ei⁹ corpus terebello pforet. Sz dicīt substātia siue materia ⁊ cā efficiēte. Colica ōr qn̄ cā doloris puta sterc⁹ humor vel vētositas cū intestinis grossis ⁊ p̄prie colon p̄tinet p̄pter qō sentit dolor circa vmbilicū ad q̄tuor digitos vbi est stomach⁹ situat⁹ sup quē circulariter trāsit colon. Et si declinet ad alterū lateruz hoc erit magis x̄sus ypocūdriū sinistrū vbi cōtinuat cū longaone. Yliaca x̄o ōr qn̄ doloris cā p̄dicta in intestinis gracilibus ⁊ p̄prie in yleon cōtinet: p̄pter qō sentit dolor sub vmbilico directe vel infra ad duos digitos. yleos x̄o dicit qn̄ cā doloris est ap̄a natuz in intestinis q̄buscūq; ⁊ p̄prie superioꝝ gracilib⁹ eoꝝ claudens trāsitum: adeo vt stercus ⁊ fex p ipsa descendere non possint: propter qō eger cogit in ea stercus vomere ⁊ est cū feb. pacuta ⁊ nō extendit vltra primā periodū q̄ est in die q̄rto ⁊ terminat ad salutez vel p̄nicē. De primis igitur duab⁹ dicam⁹ passionib⁹: qm̄ de yleos in primo sequenti dicetur ca. Sciendū p̄terea ꝙ dolor renalis sil'i mō est in loco sicut p̄dicte passiones: ita vt dolor renis dextri yliace ⁊ dolor renis sinistri colice simile. Signa tn̄ distinctiua certa ponemus infra cap̄. de calculo ⁊ arena ⁊c.

Methodus.

Colica et yliaca trib⁹ de causis in genere dignoscuntur fieri: aut propter stercus exsiccatū in intestinis ea scindēs: aut p̄pter

ventositatē grossaz plurimā ipsa vebemēter extendentez: aut ꝓpter vermes in eis natos ipsa mordicātes. Signa earuz ꝓut bñt fieri ꝓpter sterc⁹ p̄terea ⁊ curā plene posuim⁹ i ca. de stipticitate vētris oim modoꝝ nisi ꝙ cuz hoc solū opz addere. s. postꝙ vēter lenificatus fuerit p remedia illic posita ⁊ feces sint educte fiāt aliqua anodina clisteria ꝓpter reliqas stercoris ⁊ trullas radicit⁹ extirpādas sicut est clistere factū ex aqua decoctiōis florū camomille melilloti malue maluauisci cētauree rotismarini ⁊ furfu. collata ⁊ cū aliꝙtulo olei camomillini vel aneti. vel laurini et modico mellis ⁊ salis iterū bullita ⁊ tepida bis vel ter iniecta ante cibū. Colica ⁊ yliaca ꝑo qñ fiunt ꝓpter vētositatē solerti ꝑ earuz cognitiōe ⁊ curatione indigent discussione: qñ aut ista ventositas est p̄ima fine bumoris vitio oīno aut p̄imo ⁊ tunc fit a mala cōplexione frigida stomachi ⁊ inteſtinoꝝ fine materia ⁊ hoc est vt raro: aut cū bumoris vitio a quo cōtinue eleuat qđ est vt plurimuz. Et iste bumor aut est flā: aut melā: aut cib⁹ inflatiu⁹ viscosus. Iterū ista vētositas aut est ꝓpter ⁊ in spongiositate eoꝝ penetrans inter tunicā ⁊ tunicā cū iteſtina sint mēbra neruosa villosa pānniculosa. Signa igit ipsaruz qñ fiunt ꝓpter vētositatē fine materia bumorali⁹ oīno aut p̄imo sunt: qñ euaporatiōes ⁊ facultatiōes calide cōferūt etiā a principio nō p̄missa euacuatiōe cū medicina vel clisteri. Et dolor mitigat ilico ⁊ est cū obedientia ⁊ vētris lenitate debita: cū igit oīa talia appuerint ⁊ vēter fit inflatus cū dolore ⁊ tēsione ꝙ nō cedit impſſioni vel vix cedit sicut est vesica inflata. Et audit rugit⁹ ⁊ eructuatio frequens difficilis ⁊ fit retētio ventositatis oīno vel si qđ ex ea egredit est modicū qđ nō sedat dolorē vehementē. ⁊ vrina est alba subtilis aquosa tūc colica erit ventosa pura: et si añcessio vsus oleris vel leguminum. Et corpus ꝓsueuit terminare talē passionē per exitum vētositatū plurimaꝝ fine vomitu vel secessu: tūc magis certa fiet significatio. Et cura ei⁹ est vt bora pxima statim a p̄ncipio sacellet venter tot⁹ cuz milio finap. nasturtio torrefactis in sacculo sup lapidē ignitū aspsum aceto acutissimo frequēter actu calo. vt fomentet cū latere lato seu lapide molari ignito vehementer ⁊ inuolutis pānis lineis subtilib⁹ aceto modico aspersis: vel vapore tur cū petijs infusis in vino decoctionis anisi: caruī: cimini: rutbe: foliorum lauri: abſinti. florum camomille: aneti aliquā tulum exꝑſis actu calidis reiteratis sepe sup ventrem vel ponātur ventose fine scarificatiōe super locum doloroſuz cuz suctione vehementi.

Omnia nāꝙ remedia resoluūt ventositates ſz in attractiōe vbi nō ē materia būoralis vel modica: ⁊ idcirco dolorē illico sedāt ⁊ mitigant. Preterea iniect clistere calidum qđ sic fit. ℞. rutbe centauree mioris: calamenti: origani: saturete: ꝙlli: mentastri añ. M.ß. caruī: cimini: anisi: aneti: polipodij ana. ʒ.ß. decoquātur in. lib. iiij. aque cōtane donec medietas ꝓsumat: colletur ⁊ in collatura dissoluātur olei cōis vel camomillini vel rutbe qđ melius est. ʒ. iij. mellis cocti. ʒ.ß. castorei: finapis: serapini: oppoponacis. añ. ʒ.ß. vel. ij. Et iterū bullit aliquantulū ad ignē lentū ⁊ colletur cū tepidum factū fuerit: fiant ex eo due vel tres iniectiones continue se sequentes: boc nāꝙ clistere est forte carminans vētositates potēter. Decoquat rutba in oleo cōmuni tribus vicibus: deinde sumatur de illo oleo quar. iij. ⁊ dissoluat i eo serapini oppoponaci castorei a media. ʒ. vsꝙ ad. ʒ.ß. ⁊ iniect tepidum: quoniam sedat vt plurimū dolorem ventosum eadem bora ⁊ inducit somnum: ⁊ ꝓprie si addatur quātitas ciceris de opio. Quod si fortior fuerit dolor: ita vt intolerabilis fiat: ⁊ virtutem deijciens detur ei in potu filonium recens cū vino veteri albo puro vel tyriaca noua vel tyriace veteris ʒ.ß. in qua ponatur granum vnum vel duo opij ⁊ inducatur somnus ꝓpoſſe. Et si virtus toleret: nō comedat tribus diebus aliud vel parum de mica panis infusa in vino veteri albo puro amaro. Cum autem dolor ceperit mitigari: intret balneū aque tepide decoctionis florum camomille: melilloti: foliorum lauri: origani: ⁊ similium. Et exeat quā do debilitatur: ⁊ sic vicissim per fomentationes: clisteria ⁊ balnea regatur donec omnino pertranſierit paroxismus ⁊ superuenerit bora quietis. Tunc igitur caueat ab omnibus ventosis: sicut sunt legumina olera ⁊ fructus. Caueat etiam a frigidis: sicut sunt cucurbite: melones: pruna: persica: et similia. Caueat etiam a stipticis: sicut

sunt pira: citonia: mora: rubi: nespille: sorbe: risum ⁊ similiū. Caueat a potu aque frigi/de oīno. Nutriatur carnibus laudabilibus pullorū edorū aulum paruarū montanarū et turtibus earum inspissatis cū vitellis ouorum ⁊ spēbus calidis aromaticis: sicut sunt zinziber cinamomum piper longū cardamomum crocus ⁊ similia. Utatur sapore facto ex aliīs vel finap. ⁊ melle non crudo: quoniā ventosus est: ⁊ spēbus eisdē: sitq; mel coctū bene dispumatum. Bibat vinum album vetus clarum potens purum. Sumat sepe in aurora aliquid tyriace veteris cum eodem vino vel cum vino decoctionis ameos: amomi: carui: cimini: pipis longi: fizeleos: origani ⁊ similiū. Uel sumat dyaciminum triferā magnā cum eisdem liquoribus vel cōfectio/nē de baccis lauri que sic fit ꝑm Rasim. ℞. seminis rute. ʒ.x. ameos: amomi: ⁊ nigelle: seminis leuistici: origani: carui seminis petro. amigdalarum amararū piperis nigri ⁊ longi: calamenti: dauci: acori ana. ʒ.ij. castoret: serapini: oppoponaci añ. ʒ.iiij. terantur et conficiantur cum melle quod sufficit. Detur ex ipsa ad modum castanee cum vino calido. quoniā ventositates potēter carminat et dolorem sedat: nec est ei par in hoc alia medicina. Exercitetur oīni die in ieiuno et parum ⁊ raro comedat donec fortificat⁹ fuerit calor naturalis. Super ventrem deferat continue cerotum de granis lauri: qm̄ dolores stomachi intestinor⁹ renum matricis vesice ⁊ viscerum frigidos ⁊ ventosos potēter sedat ⁊ mēbra calefacit qō sic fit ꝑm Yohā. mes. in suo antidotario. ℞. olibani masticis mirrhe. añ. ʒ.ſ. granorū lauri. ʒ.ij. ciperi cost. añ. ʒ.ß. mellis collati qō sufficit ad aggregandū ⁊ extendat parum ⁊ calidū suppo natur vbi opʒ. Signa colice ⁊ yliace si fuerit ꝓpter ventositatē cum humoris flegmatici vitio quod est vt plurimū: qm̄ sacellationes ⁊ fomentationes nō cōferūt ante purgatio/nem: immo creant dolorē ⁊ fortificant ⁊ antecessit satietas nauseatiua antiqua ⁊ forte egreditur flegma viscosum cū vomitu ⁊ sessu: ⁊ est eius vrina alba grossa viscosa spumosa ⁊ forte sedatur dolor qm̄q; ⁊ redit ⁊ cōmouetur post duas horas aut tres: ꝑut vētositas nunc eleuatur a flegmate ⁊ nunc resoluitur vicissim: ⁊ ꝓprie si flegma sit subtile. Si vero fuerit grossum viscosum retinet fex ⁊ vētositas omnino ⁊ multiplicat nauseā fit dolor in ventre fortis cū rugitu ⁊ sudat eger qm̄ q; sudore frigido. Et cura eius est vt hora potissimi statim a principio purget cuz cliste/ri quod. ℞. colloquintide agarici. añ. ʒ.ß. cēpauree minoris rute calamenti origani sa/turegie. añ. m.ſ. polipodij. ʒ.ſ. decoquant⁹ in ij. lib. aque donec ad vnā redierit: colletur et in collatura ponat⁹ zolet rute baccī vel laurini vel anetini. ʒ.iij. mellis. ʒ.ſ. salis. ʒ.ij. ⁊ iterū bulliat⁹ aliquātulū preterea colletur ⁊ tepidum inijciatur ante cibum: ⁊ si vis ipsuz magis acuere: adde in collatura prima aureum ſ. pul. al. dicti in ca. de stipticitate vētris. C. de stipticitate propter flegma grossum. vel yerap. gal. ʒ.ß. vel benedict. laxatiue. ʒ.ſ. Et fiant et suppositoria ex puluere albo p̄dicto Et purgetur qm̄q; cum yerap. gal. dando ex ea. ʒ.ß. ante diē cū aqua calida vel cum lixa/tartico imperiali dādo eodē modo ⁊ eadem hora vel cum benedict. laxatiua cōi vel cum huiusmodi medicina. ℞. turbith albi ⁊ electi. ʒ.ſ. hermodacti. ʒ.ß. scamonee grana. vj. 33. ʒ.ß. zuccari rubei. ʒ.ſ. fiat pulvis grossus qui detur totus ante diē cum vino calido. Et differat⁹ post ipsum cibus qm̄ est leuis ⁊ tarde solutionis. Fiat etiā vomitus cū oximelle vel sirupo acetoso cōpositor aq̄ decoctiōis anet vel rapbani p̄missa replone ex oleribus ⁊ cepis ⁊ piscibus salitis: ꝑut docuimus cap. de fetore nasi. Post purgationes fiant clisteria carminatiua ventositatuz. Et fiant oīa remedia localia per ordinē sicut scripta sunt in colica ventosa fine materia. Signa eius que fit ꝓpter ventositatem eleuatam a cibis sunt: qm̄ antecessit satietas nauseatiua recēs opprimens calidū naturale stomachi ⁊ intestinor⁹ sui multitudine aut inflans ⁊ extēdēs ea sui ventositate sicut est crapula ex piscib⁹ oleribus leguminibus fructibus ⁊ similibus cuz stipticitate ventris propter quā nō egrediunt⁹ stercus ⁊ ventositas vel adeo parum egreditur vt dolorem non minuat vehemētem. Et surgit rugit⁹ in ventre ⁊ fit eructuatio fetens assidua. Et cura eius est eadē cuz ea que de flegmate: nisi q⁹ si sit possibile cōuenit vt vomit⁹ p̄cedat purgationē vel ꝓprie si crapula sit ad hoc in stomacho vl' ps eius. Si ꝙ tota descēdit ad intestina qō icies: q:

dolor ⁊ grauitas oīno sedata sunt circa vm/
bilicū.tūc fiat p̄mo clistere lenitiuū predictū
Et si nō sufficit:fiat acutū vel purget cū ali/
qua medicinarū p̄dictarū ⁊ vltimo localia:
et nō comedat p̄ duos vel tres dies si fit pos/
sibile donec tota crapula euacuet vel dige/
ratur ⁊ appetitus redierit.Si autē virt⁹ de/
bilitaret:bibat paruz vini albi clari veteris
potentis ⁊ puri:⁊ comedat torrelas infusas
in eo.Utat dyagallanga dyatrīū pipereon
dyacimino electuario duce dyamargariton
et filibus cū eodē vino actu calo:in aliis fiat
sicut p̄ius.Signa eius q̄ fit ꝓpter ventosi/
tatē eleuatā a melīa plurima effusa in ven/
trē sunt acetositas eructuationes inflatio vē
tris ilico cū dolore vehementi post effusio/
nē eius ex splene ⁊ forte sentit grauitas vel
inflatio in loco splenis ⁊ fit vt plurimum in
corpibus melācholicis p̄ gīnationē vel etatē.
Et cura eius est vt bora poxtimi clisterizetur
sepius cū clisteri lenitiuo carminatiuo vēto
sitatū dicto in colica vētosa pura.Et vapo
retur cū pannis lineis molib⁹ infusis in ace
to fortī decoctionis cipi capparis rutbe ca/
lamenti origani fizeleos saturegie granozuz
nigelle carui cimini cardamomi ⁊ filīū actu
calīō.⁊ expressis aliquātulū cū reiteratione
frequēti vl cū lapidibus ignitis aspsis eodē
liquore.Et si nō suffecerit neq; p ea dolor se
detur:det in potu aliquid vini albi clari cali
di in quo cocta sint cimīnū carui anisi carda
momū traijciendo ex ipso paruū post parum
In bora autē quietis abstineat a cibis ⁊ po/
tibus melīam generantib⁹:sicut sunt lentes
caules caro ferina vinū grossum rubeū ⁊ si/
milia.Diligat iura carnū edorū pullorum
agnoz ⁊ vinū albū subtile clarum limpbatū
paruū per.Et purget q̄nq; sicut dixim⁹ ca.
de opilatione splenis:⁊ rectificet splen si/
cut docuim⁹ ca.de debilitate splenis.C.de
causa frigida.qm̄ ista ventositas nō pōt ele/
uari vt videt a melīa congelata vel naturali
supfluente in q̄to.Si aūt patiēs sit senex vl
delicatus saluat cū medicina. Decoquatur
gallus antiquus decrepitus i aqua pura in
cuius ventre ponant polipod.sene cartami.
aā.ʒ.ij.consuendo diligenter locuz ne q̄d ex
medicinis exeat ⁊bulliat vsq; ad ossiū sepa/
tionē cū cōturbatione olle.dent ex boc iure
in aurora.ʒ.iiij.vel.vj.actu calido:quoniam
facit assellando trullas emittere ⁊ digerit ⁊
euacuat melancholiā paulatim. Signū ei⁹
qm̄ ventositas est clausa inter tunicā intesti/
norū sunt:qm̄ raro fit per se incipiendo sed
consequendo ad colicā antiquā de flegmate
et est cū angustia ⁊ vehementia dolozis ma
ximi quē nō alleuiant vel parū valde vomi/
tus vel secessus ⁊n̄ō egredit ex ventre,vento
sitas vel eructatio oīno sed retinet neq; ru/
git venter ⁊ si desup cōprimat. Et certius
signum est qm̄ nō mouet dolor de loco ad lo
cum iz fit ventosus:sed cōtinue in eo figit si
cut dolor renalis:nec p̄mittit egrū vna bora
quiescere.⁊ clisteria carminatiua ventosita/
tuz modicū in ipa conferūt. Et cura eius est
vt bora paroxismi fiāt fomētationes ⁊ vapo
rationes ⁊ sacellationes dicte capīo de coli/
ca ventosa sine materia cū reiteratione fre/
quētata ⁊ ponant vētose late cū ignē sup lo/
cum sine scarificatione sed cū suctione vehe
menti:⁊ cū ceperit dolor sedari: sumat aliq̄d
ex tyriaca veteri vel dyacimino vel dyamar
gariton cū vino al.veteri puro vel vino de/
coctionis carui ⁊ cimini actu calido. In bora
vero quietis abstineat a vino superfluo p̄o
posse ⁊ ꝓpter ventoso ⁊ laboret ⁊ sudet in le
tiuno.Nutriat carnibus laudabilib⁹ ⁊ turi/
bus eaz conditis cū pipe cardamomo croco
et similibus.Et vinū albū clarū bibat vet⁹
amarū ⁊ purū sed parū ꝓ vice vt calefactat
ventrē sine bumectatione oīno:⁊ ossū die in
aurora sumat aliq̄d de cōfectione de baccis
lauri dicta ibidē cū vino p̄dicto. Fiūt etiā co
lica ⁊ yliaca ex vermib⁹ gīnatis ⁊ in intesti/
nis inuolutis ⁊ trāsuersatiz cū stercorib⁹ mor
dicantib⁹ ea vehemēter. Et signa eoz sunt
anēssio sattetatis nauseatiue assidue:⁊ p/
prie ex fructib⁹ ⁊ olerib⁹ ⁊ cibis putridis seu
facile putrescentib⁹ sicut sunt pruna cerasa
persica poma ⁊ pisces corrupti quare fit iste
dolor maxime in pueris ⁊ gulosis ⁊ tpe au/
tūnali:⁊ est cū eis fetor oris plurimus ⁊ mul
titudo comestionis cū putrate egōnis ⁊ ba
bitudine macra ⁊ multitudo saliue currētis
ex ore ꝓter solitū ⁊ vētris inflatio nō multa
ꝑo fortassis apparet venter ianitus ⁊ dolor
augmentat bora famis:⁊ est cū eo grauitas
oculoz ⁊ frigiditas nartū cū pruritu aliquo
in eis ꝓpter fumos ascendētes ad nares: et
q̄nq; dispositio filis epilepsie ⁊ spasmo pro/

p

pter mordicationē ⁊ qñcꝫ mors certior erit significatio. Et scias qꝫ x̄mes nati in nobis sunt triū generū. s. lōgi q̄ nascunt in intestinis gracilibus ⁊ lūbrici vocant. Alij x̄o lati qui nascūtur in intestinis grossis q̄ cucurbiti vocant: qñ sunt lati curti sicut seia cucurbitarū. Tertij x̄o minuti rotūdi sicut tinee q̄ generāt̄ in ano: ⁊ maxime habēt inducere tenasmonē q̄ colicā passionē. Et q̄cunqꝫ fuerint semp gñantur ex materia marcida viscosa frigida in quā agit calor naturalis vētris et calor putredinalis illius materie cū regulatione caloris solaris q̄ calor appellat̄ vniuersalis. Et cura eius est vt eger famē tolleret ⁊ exercitetur donec fortis fames supueneritt: tunc sorbeat ante comestionē suā aliq̄d lactis dulcis recētis vacce vel capre ⁊ cū boc fecerit trib⁹ vel quattuor diebus ⁊ x̄mes assuefacti sunt in potu lactis sumat quinta die eadē hora hoc medicamen interficiēs eos. ℞. succi absinthij recentis rutbe ⁊ abrotani narcisci amigdalarū amararū ⁊ lupinorū amarorū ⁊ persica ro. ⁊ nucleoꝝ persicoꝝ. ana q̄tuz voluerīs de quolibet istoꝝ succorū vel de vno solo ⁊ misce cū lacte dulci predicto et potest addi modicū aceti. Si aūt succi habeti nō possunt: fiat aqua decoctionis earūdez herbarū que p̄terea misceatur cū lacte amigdalarum amararū ⁊ nucleorū persicorum: ⁊ omnia incorporent cū lacte dulci predicto et modico aceti. Et bibat ex boc patiēs magnum haustū in ieiuno hora famis magne. Et ad idē cōfert semen absinthij coctū in vino veteri ⁊ bibitū sepius in ieiuno: qñ omnia amara interficiunt vermes sicut dulcia nutriunt. Ungat totuz ventrē cū vnguento qđ. ℞. olei rutbe vel amigdalarū amararū vel de nucleis persicoꝝ. ʒ. iij. aceti acutissimi. ʒ. ß. pulpe colloquintide rutbe fellis vaccini. añ. ʒ. ij. vel si aliud p̄sto non sit: p̄t fieri boc vnguentū ex lacte amigdalaꝝ amararū ⁊ nucleorū persicorū in quibus dissoluat̄ yerapi. gal'. ʒ. ij. aloes. ʒ. ß. addēdo aliquid aceti gratia penetrationis ⁊ fel predictū. Ipsum nanqꝫ sui fetore ⁊ fortitudine vermes in intestinis natos interficit adeovt si qñcꝫ stomachū intrent vel mery vbi tamē nullatenus gñari possunt vt di. Gal'. v. de accidēti ꝓpter caliditatē plurimā stomachi. ⁊ loca illa inungātur extertus interficient eos ⁊ faciēt eos redire ad intestina: qñ timorosa esset ipsoꝝ ledūctio per superius spōtanea vel coacta ꝓpter vomitū esse motū laboriosum ⁊ nature stomachi ⁊ mery contrariū nisi forte in corpore consueto ⁊ facillime vomēti. ⁊ sup vnguentū ponat̄ statim tale emplastrū. ℞. absinthij. rutbe abrotani foliorū persicorū siccā. arabi. polij mōtani. añ. m. vnū pistentur et coquant̄ in aceto forti. Et cū eis incorporētur fel tauri pul'. lupinoꝝ amaroꝝ vl' nucleorum persicorū añ. ʒ. ß. aloes. ʒ. ß. ⁊ actu calidum ponat̄ sup ventrē cum reiteratione frequenti. postqꝫ aūt factū fuerit per dies aliquos ⁊ cognoueris tā vermes esse mortuos quod scies: qz eger paruā vl' nullā sentit mordicationē: tūc educat̄. cū. ʒ. ß. yerapi. gal'. vel yeralogodion dando ante diē cū aqua calida. vel cū. ʒ. ß. ⁊ ß. de pillulis cochijs vel aureis vel cū medicamine de turbith dicto ca. de soda. Si aūt patiens sit infra. ix. annū etatꝫ sue purget̄ cū. ʒ. ß. ⁊ ß. cassiafist. dissolute. in. ʒ. iij. aque feruentis decoctionis nucleoꝝ persicorum vel amigdalaꝝ amararum vel aque simplicis. Si autem sit puer vel infans lactens soluatur eius venter solum cum lacte amigdalarum ⁊ nucleorū persicoꝝ mixtoruz cū aqua calida dando in potu ex eis sepius. Qualiter aūt interficiāt̄ vermes in ano nati dicet̄ cap̄. de vermibus in ano. abstineat a cibis dulcibus viscosis: sicut sunt pisces tortule ⁊ pasta. Abstineat a fructibus ⁊ oleribus et rebus putridis ⁊ corruptis. Nutriat̄ carnibus laudabilibus assis vel coctis conditis cum pipere ⁊ spēbus calidis. Utat̄ saporibus factis ex alijs vel sinapi ⁊ aceto. Bibat vinum vetus clarū amarum.

Emperica.

Qñ iste passiones sunt timorose atqꝫ periculose cautius est subita ⁊ efficacia exhibere remedia in methodo scripta q̄ sub cura blanditiua emperica dubitosum patientem per dies plurimos detinere. Et sciendum p̄terea qꝫ ls apud cōmuniter operātes colica et yliaca iudicent̄ passiones de cā frigida et per calida curent̄ ℈ in oēs eius spēs siue modos ꝓut visum est. Refert tamen Galen⁹ duodecimo de ingenio sanitatis se reperisse quendam hominem colicum cui dum talia clisteria de oleo rutbe iniecisset et siru-

pos calidos subtiliatiuos atq; incisiuos bumorum grossoꝝ viscosoꝝ administrasset et alia q̄ putabat cōferentia magis ac magis doloꝛ fuit ꝓ boc augmētatus. Tūc igitur vt dicit moꝛbi causam cognouit q̄ fuerat cbo. rub. in ventre cōtenta moꝛdicans intestina: quare curā illico ministrauit in cōtrarium.

Primo igitur materias acutas paulatine eduxit de quarto in quartū: qm̄ virtus fuit in egro debilis cum sua yerapigra. Deinde intestina cōfoꝛtauit cū frigidis stipticis taꝫ cuꝫ cibis ꝛ potib⁹ q̄ medicinis: sicut scriptū est ca. de fluxu ventris. C. de cura dyarrie. ꝓpter cholerā plurimā trāsmissam ad intestina: ꝛ preterea cepit doloꝛ mitigari: et eger potuit doꝛmire qđ diu antea non fecerat. et sic infra. xx. dies extiterat liberat⁹ perfecte.

In quibus ꝝbis Gal. duo vtilia insinuat nobis. pmū. s. qm̄ sunt moꝛbi aliqui absconditi difficiles: quoꝝ causa nō cognoscit nisi ex posteꝛioꝛibus. s. a iuuātibus ꝛ nocētibus: qm̄ in effectū operis vnaquęq; res appꝛobat. Secundū ꝝo qm̄ coꝛpus nō curat: nisi ꝓpter eius causa moꝛbi cognoscat. Et si curatur: ē magis ex bñficio nature vel ex casu q̄ auxilio medici. Sciendū preterea q̄ ꝫ colica ꝛ ylica sint vt plurimū cum retētione ꝛ stipticitate ventris: ꝓpter qđ ventositates ꝛ bumoꝛes nocitiui cōgregātur. Est tm̄ qñq; q̄ sunt cum fluxu lienterico: vt puta qm̄ doloꝛis intēsio impedit virtutē retentiuā stomachi ꝛ intestinoꝛū: quare tūc medicus est ꝑplexus indigens stipticis ꝓtra fluxum ꝛ calidū subtiliantib⁹ ꝓtra materias ꝛ anodinis leuibus cōtra doloꝛē. Fiāt igitur in tali casu emplastra ꝛ fomētationes calide stiptice supꝛa stomachum dicte ca. de fluxu ventris. C. de cura liēterie ꝓpter debilitatē ꝝnutis retētiue stomachi. ꝛ denq; cibi ficci ꝛ assi nō liquidi. ꝛ dyacitonitē. Et minoꝛē potus ꝑposse q̄ fit vinū rubeū limpbatū cum aq̄ decoctionis masticis. Fiāt aūt balnea ꝛ clisteria resolutiua vsq; ad vmbilicū dicta in isto ca. C. de cura colice ex vētositate sine materia ꝛ de colica vētosa cū materia flegmatica. ꝛ purgēt cū mirabolanis emblicis: ꝛ si necesse fuerit et nō cū re alia: sicut dixim⁹ ca. de fluxu ventris. C. de liēteria ꝓpter flegma in stomacho ꝛ intestinis. sic nāq; liberātur si de⁹ voluerit. Et si fluxus plus infestet q̄ doloꝛ augmenta stiptica: sinautem augmenta carmi natiua: si ꝝo equaliter: equalia.

Canones.

In cura maloꝝ intestinaliū clisteria ꝛ medicine q̄ administrant ꝓ cura fluxus vētris conuenit vt cū liquoꝛe modico vel cum liquoꝛe plurimo: in colica ꝝo medio modo. Cauendum tm̄ ne pecces excedēdo vel cōfistēdo: qm̄ bumoꝛ exuberās virtutē euacuātis medicie dissoluit ꝛ colliquat: liquoꝛ vero deficiēs eoꝝ virtutem traducere retardat.

Pꝛonosticatio.

Colica ꝛ ylica si fuerint cuꝫ fluxu ventris aut vomitu: et ꝓ boc doloꝛ alleuiet: bonum: qm̄ causam expulsiōis sigt. Si vero cū fluxu nō alleuietur malū: qm̄ cause multitudinez virtutis defectū retētiue necnō cursuꝫ būoꝝ sintbomaticū designat. Itē colica ꝑdurās q̄ neq; arte: neq; natura tollit: in tympanisē mutatur ꝑnictosam. Ān Ꝝpo. iij. par. ap̄b. Quibuscūq; toꝛsiōes ꝛ circa vmbilicū dolores ꝛ lumbos et doloꝛ nō soluit: neq; a farmacijs: neq; aliter in ydropē ficcā ꝑficitur. Itē in colica fe. supuentēs ꝓ se vel per artez tollit egritudinē. Ān Ꝝpo. vj. par. ampbo. Quibuscūq; doloꝛ sit circa ypocūdria sine flegmone. i. sine ap̄ate febris ijs supuentēs soluit doloꝛē. Itē in colica ꝛ ylica si retineatur stercus ꝛ vꝛina simul cū doloꝛe ꝑmo iterficiet intra septē dies si nō supuenerit fluxꝰ vētris flegmaticus foꝛtis: vel vꝛina grossa alba ꝑma vel febris. Ān Ꝝpo. vj. par. ampbo. Quibuscūq; ex strāguria yleos inascit in. vij. dieb⁹ ꝓmit si nō supueniat fe. aut mta vꝛina fluxerit. Et expone yleos. i. ylica. Itē si fuerit cū retētione ventositatum oino malū. Itē solicitandum in cura istoꝝ doloꝝ. Qm̄ vt ait Auic. ꝓio cano. fen. ij. ca. de dolore. Doloꝛ est de maxime virtutē ꝑsternētibus. Maximoꝛū aūt doloꝝ coꝛpoꝛi nr̄o accidere possibiliū sunt ij tres. Doloꝛ articuloꝛū: doloꝛ dentiū: ꝛ doloꝛ yliozū: vt asserit Auerro. ij. sui colliget. ꝛ ꝑprie in coꝛpe sensibili raro delicato: q̄ ꝓpter timenduꝫ ne foꝛte cadant in syncopim perniciosam.

¶ De apostematibus ꝛ vlceribꝰ intestinoꝛum. Cap̄. iiij.

Cum apostema fieri non possit in membro: nisi ex materia humorali currente p venas & arterias penetrante in spongiositatem membri debilis & soluete ei? continuitatem: vt dicit Gal. in teg. ca. de apatibus. & docet euidenter: sequitur vt intestina nō possint apostemari: nisi ex materia subtili calida acuta cholerica cum sint membra solida densa neruosa. Signa igitur apatis cholerici in intestinis sunt dolor in ventre maximus cuz eius inflatione & pulsatione & sc. acuta valde & siti & vomitu cholere. Et si dolor fortificetur: cogitur eger stercus vomere propter apatis magnitudinē opillantē: ppter quod fit eius anbelit? fetidus & eructatio fiūr & corpus totū: & est cum angustia & reuolutione cōtinua de latere sup latus: & appellat hoc apa yleos. i. dñe miserere. Et fiūt q̄nq̄ ista accidentia preter sc. & tūc figit yleos flegma grossum viscosuz adherēs meatib? intestinorum vehemēter. Et curā eius diximus ca. de stiptic̄itate ventris. & ca. de colica. & de colica propter flegma grossum.

yleos

cura yleos

Methodus.

Cura yleos est vt a principio egritudinis. i. a nte quattuor p̄mos dies ad plus fiat flebothomia diuersiua de basilica in brachio dextro: deinde de sophena pedis q̄ est intus in talo. Et iniciat clistere reper cussiuū mollitiuū factum ex aqua ordei vel ex aqua decoctionis viol. malue: bismalue: ordei: lactucarū: mercurial. collādo & addendo in collatura albumen duoz ouoz & mucilaginis psillij: & tepidū iniciendo. Et si caliditas fit vehemēs potest addi sc. papaueris: sc. portulace: citruli: cucurbite: & filia semina in decoc. etiā oleū viol. Et sumat sepe de sirupo ros. vel viol. cum aq̄ decoc. psillij lactucaz & similiū infrigidantiū. & venter leniat si fit possibile cum. ʒ. ſ. medulle cassie ff. dissolute in. ʒ. iiij. aq̄ decoc. prunoz damascenoz endiue cuscute lactuce & althee collādo & tepidū admīstrādo ante die. Sumat sepe dyapapauer: zuccaz ros. vel viol. & trisandal. cū aqua p̄dicta. Mutriat boza illa cū cibis subtilib? & tenuibus sicut est ius pulloz & aq̄ in q̄ cocta sunt malua bismalua attriplex lactu. spinarc. blete & olus factū ex ijs cōditum cū lacte amigd. dulcib. Et q̄nq̄ sumat de ptisana collata. & q̄nq̄ ytak cibis diuersis vt materie diuertant ab intestinis: sicut est aqua decoc. cicer & anett vel pisoz. Bibat sulep vel aquā ordei vel aquā decoc. prunoz damas. Et si virt? fit debilis p̄ fortek cuz esu pulloz & turibus eoz in quib? fit aliq̄d pul. aro. non acuati: sicut est cinam. & croc? Post die quartū & in augmēto vngak loc? cū oleo de camo. vel de aneto ad dolorē mitigandū et emplet̄ur cū mollificatiuis & resolutiuis: sicut ē empl'm factū ex rad. maluauisci & malua & sc. lini: & fenugreco: viol. coquendo oīa in aq̄ pfecte & pistādo & incorporādo cū mucilag. fenug. & oleo camo. vel ane. vel de lilio vel de amigd. dulcib? & calidū ponat sup locum Et sic regat cuz cibis & medicīs per totū statū donec apa pfecte resoluat. Mō si nihil predictoz p̄tulerit: imo sc. & dolor augmētat q̄cūq̄ die: signat q̄m apa bmōi nec̄ euitari pōt nec̄ resolui: sed tendit ad collectionē q̄datin: q̄re p̄cedat ad empla maturatiua q̄ dicta sunt ca. de apate stōachi &c.

Pronosticatio.

Dicit Raf. q̄ yleos raro curat q̄ si p̄firmatur neq̄q̄ curat ppter doloris intēsionem & mēbri necessitatē. Confirmat aūt vsq̄ ad p̄mā p̄iodū ad plus q̄ termīatur in die q̄rto: quare tūc necessario interficit vel p̄it? cuz fit morb? pacutus. Si xo nō fuerit sibi rōnabiliter subuentū: q̄m post die quartū materia tota fluxa est ad locū: quare nō poterit apa decetero euitari. Item si yleos teriatur ad resolutionē de die in die cū dolore & sc. diminutione bonū. Si xo ad santationē vel feliro sim mortale. Vñ Ypo. vij. amph. In dolore diuturno circa ventrē santes malū. Item dicit Ypo. iiij. pti. amph. In feb. acutis spasmi et circa viscera dolores fortes malum: q̄m apa significat in aliquo intestinoz. Item in yleos frigiditas extremitatum cum caumate circa ventrem mortale. Unde Ypo. vij. par. amph. In acutis passionibus frigiditas extremitatum malū: scz q̄ apatis magnitudinez et materie effrenitatem demonstrāt. Idē in eodem. In yleos vomitus aut singultus aut spasmus aut desipientia malū & mortale: q̄m apa significant forze confirmatum.

¶ Tractatus quintus tertie sectionis. De passionibus ani.

Icteris et

ani sex sunt in gñe passiones Prima tenasmon ⁊ pruritus Scōa est exit⁹ siue mollificatio. Tertia vermes in ano. Quarta ragadie Quinta emorroyde ⁊ eruptiones venaꝝ similes emorroydib⁹. Sexta est apa ⁊ vlc⁹ in ano. Est aūt anus orificiū lōgaonis habēs musculos latitudinales ⁊ transuersales quibus claudit ⁊ cōfirmat ne q̄d ingredi possit p̄ter voluntatē: puta aqua vel puluis: quoniam lederet intestina.

¶ De tenasmone ⁊ pruritu in ano Capitulum primum.

Tenasmon est appetit⁹ assellādi frequēs assiduus cū conamine ⁊ pōdere sine effectu oīno vel pauco. Pruritꝰ ẋo est mordicatio ani assidua: ⁊ est sicut dispositio tenasmonē p̄dicens. Fiūt iste passiones aut a vermib⁹ natis in ano mordicantib⁹. ⁊ et⁹ signa ⁊ causam dicem⁹ infra suo ca. Aut ex flegmate salso viscoso mordaci adherēti labijs ficteris ⁊ ea stimulāti. Fit aūt flegma salsuz aut p̄pter adustionē flegmatis naturalis: et tūc est magis viscosum ⁊ min⁹ mordicatiuū ⁊ coloris albi: aut p̄pter cibo. p̄mixtionē: et tūc est magis mordicatiuū ⁊ minus viscosuz et color palea. Signa istarū passionū p̄out fiūt ex flegmate salso sunt: q̄n eger sentit in ano stimulos incessanter q̄si fecū et egōnis cū dolore: ⁊ q̄ in assellando nihil egredit: aut parū q̄d velut sputū aut muscillago: neq̄ est fecib⁹ p̄mixtū sed purū. ⁊ si fit passio recēs erit sine excoriatione. Si ẋo antiq̄ appebit excoriatio: ⁊ sanguis vel sanies exitus cū tali sputo: ⁊ q̄n cū suppositorijs tuuat pl⁹ q̄ꝫ a clisteribꝰ. Et istud est certissimū signum distinctiuū tenasmonis: ⁊ p̄prie q̄n excoriatio est interius in ano.

Tam supra corpus totuz dñaṁ mala cōplexio diuersa cal'a fic ca aduſta generātur humores acuti ex q̄b⁹cū necz mēbra fluxerint:fiūt humiditates nitroſe mordaces. Et ſiquidez hec mala cōplexio fuerit ſine materia oīno vel cū materia pauca ſicut cū eſt pauca recens facilis accidit ex ea diſpō cutis velut furfures aut ſquame ſicce quā quidē diſpoſitionē pruritū aut ſcabiē ſiccā vocauerūt. ¶ Cuz ẋo iſta cōplexio fuerit cū materia pīma ſicut cum eſt fortis antiquata accidit ex ea cutis diſpō cuz botbor ex puſtulis diuerſis quā ſcabiē humidā appellarūt:⁊ fit cū ea multitudo pediculoz ⁊ lendiū:qñ ex hmōi materia gñaṁ aduſta q̄lis eſt ꝓpria cho.ru.vel nigra: ſil'r ⁊ fl'a vel per aduſtionē fl'aris naturalis plurimā vel cholere pmixtionē. Accidit aūt hec paſſio illis qui plurimuz vtunṫ cibis acutis:vtpote in q̄bus multū ſalis ponīṫ aut pip aut ſinap.aut allia aut cepe aut vinū vetus puz amaz:⁊ caſeus ātiquus:⁊ legumina oīa ⁊ ꝓprie lentes ⁊ milū ⁊ panicū. Sil'r ⁊ qui cibis facillime corruptibilib⁹ nutriūtur:vt piſcibus lacticiniis olerib⁹ fructibus arborīs:⁊ ꝓprie cū ſup ipſos mouenṫ motibus inordinatis donec aduranṫ velut accidit in pueris guloſis:ſil'r ⁊ qui ꝓter ſolitū ⁊ debitū negligūt ablutiōes corpis a ſordicie ⁊ ſudore ⁊ balneationes et pānoz mutationes:mēbra nāczextrinſeca ⁊ ꝓprie cutis ſunt p naturā debilia fabricata: vt oīs interioz ſuperfluitas ad exteriora ꝓpellaṫ:vt ait Gal'.vſ.de accidenti ⁊ morbo.

Methodus.

Cura eius cū eſt recēs ſicca facilis ſolis idiget alterātib⁹ ad frigiditatē ⁊ humiditatē q̄re balneeṫ multotiens in aqua dulci tepida pura aut in aqua decoctiōis maluaz viol'.altbee floz'camomille aut melliloti aut in aqua decoctiōis fumiterre ⁊ maluaz ⁊ foliorum ſalicis ⁊ ꝓpli:qñ reſoluit ⁊ humectat cuz lenitate:⁊ in ipſa fricēṫ aſſidue ex farina furfur.⁊ fabaz cicerū ⁊ piſoz addito modico ſalis. Et poſt exitū a balneo inūgatur ex vnguēto albo viſitato vel ex vnguēto alio q̄lā dixim⁹. Et hmōi balneationē cū inūctione vicisſim aſſiduet diebus pluribus donec cureṫ. Regaṫ cibis:⁊ potib⁹ humidis valde ſed frigidis moderate ex q̄bus ſunt carnes recentes laudabiles elixe cū lactucis cucurbitis bletis ⁊ filicibus ⁊ pultes ex farina ſimilevel ordei vel auene cū lacte dulci ꝓditi. Bibat vinū albū aquoſum mixtū cū aqua plurima vel ydromel aquoſum vel iulep vel aquā frigidā puram. Abſtineat ab oīb⁹ acutis ſuprādictis:ſimiliter ⁊ ab acruminibus vt ſunt acetuz ⁊ agreſta:niſi fortaſſis aliq̄d ex ipſis guſtauerit gratia ꝓuocatiōis appetit⁹. Abſtineat etiaz a dulcibus vehemēter:ſicut eſt mel aut cibus vnctuoſus:vtpote in quib⁹ plurimū adipis aut olei aut butiri pmiſceṫ:qñ facile inflāmanṫ ⁊ in cholerā cōuertunṫ. Sola nāczinſipida ⁊ aquoſa vel dulcia moderata vel acetoſa nō fortioza generāt ſanguinē nō mordacē. Cura ei⁹ cū eſt fortis antiquata ⁊ cū qua vrina fit citrina vehemēter indiget a principio purgationib⁹ humoz aduſtoz. Fiat igiṫ in ꝓmis flebotbomia baſilice dextre:vl' ſiniſtre ſi ſcabies regionē ſuperiorē corporis occupauerit aut ſaluatelle pedis dextri vel ſiniſtri ſi tenuerit inferiorē. Poſt illud ẋo vētoſenṫ ꝓtes ſcabioſe cū ſcarificatiōib⁹ ꝓfundatis in balneo calido:qñ hmōi flebotbomia ⁊ ſcarificatio extrabūt ſanguis malſaz aduſtā int'⁹ ⁊ extravenas reſidentē necnō corpus refrigerāt manifeſte. Sil'r ⁊ ſanguiſuge ſup mēbra ſordida applicenṫ. Poſt iſta ẋo oīa digeraṫ reſiduū materie qō necz flebotbomia extrabere potuit ꝓpter ſui groſſitiē aut adherētiā viſcoſam:necz ſcarificatio nec ſanguiſuga educere potuit ꝓpter ſit⁹ ꝓfunditatē cuz ſirupo de fumoterre. Cui⁹ deſcriptionē ponit Meſ. in ſuo antidotario: duplicē ſcz maiorē ⁊ minorē:ſz maior eſt melior q̄ ſic fit. ℞. mirabolanoz citrinoz ẓebuloz añ.ʒ.xx.vel mirabolanoz oīm.v. añ.ʒ.x. floz buglosſe ⁊ borragis viol'.abſint diū cuſcute añ.ʒ.ſ.liq̄ritie ro.añ.ʒ.ℨ.polipodij epithimi añ.ʒ.vij.prunoz ⁊ paſſularū añ.lib.ℨ. tamarindō.caſſieſt.añ.ʒ.ij.hec oīa bulliant in aq̄ lib.decē vſq̄ dū deueniat in lib.trib⁹ ⁊ cū ſucco ſumiterre recētis cocti ⁊ depurati atq̄ collati ⁊ zuccari añ.lib.iij.fiat ſirup⁹ de quo potētur oī die in aurora.ʒ.ij.cū. ʒ.iij.aque calide. Et ſi volueris ipſum acuere:adde ſcamonee.ʒ.ℨ.hic nanq̄ ſirupus ſtomachum ⁊ epar ⁊ ſplenē confortat: opilationes aperit

itericiam nigrā ⁊ citrinā tollit: colorē corporis efficit bonū: morbos cutis sanat: ⁊ ppie quoꝝ materia sunt humores adusti: salsi: sicut est scabies impetigo serpigo lepra morpbea: qñ ipsorum malitiā corrigit atq; leniter educit quacq; die faciens bis vel ter ascellare. Purget deinde cum pillulis de fumoterre que sic fiunt. ℞. mirabolanoꝝ citrinoꝝ ⁊ hebuloꝝ ⁊ indoꝝ añ. ʒ. v. aloes epatici epithimi añ. ʒ. vij. dyagredij. ʒ. v. Infoꝛmentur pillule cuꝝ succo fumiterre aut cū aqua decoctiōis eiꝰ. Et detur ex eis. ʒ. j. ⁊ ℈. sero cū iturdoꝛmituꝝ sine cena. Vel si ꝑsto aliud nō fuerit digeratur: cuꝝ sirupo acetoso cōposito ex aqua decoctionis fumiterre et prunoꝝ ficoꝝ et violaꝝ. Et purgetur cū yerapigra galeni. vel electuario de succo rosato laxatiuo. Post purgationes igitur sepius reiteratas procedatur ad remedia localia supradicta.

Empirica.

Sirupus digerens materias aduſtas: ſimiliter et educens a quacūq; particula coꝛporis noſtri ſic fit. ℞. floꝝ boꝛaginis floꝝ bugloſſe endiuie epatice roſ. v. io. cicoꝛee cuſcute lactuce añ. M. ℈. floꝝ camomille melliloti floꝝ ſambuci coꝛticis eiꝰ mediante lappacij acuti ⁊ rotundi ſcabioſe tapſi barbati fumiterre añ. M. quartā partē prunoꝝ ficoꝝ ⁊ paſſularū añ. ʒ. iij. caſſie fiſtule tamarindoꝝ. añ. ʒ. ſ. ⁊ ℈. mirabolanoꝝ citrinoꝝ ⁊ hebuloꝝ indoꝝ añ. ʒ ℈. ſcamonee maſticis añ. ʒ. ij. decoquantur ꝓeter ſene tbimuꝝ epithi. ⁊ cum modicum bulliuerit ab igne depoꝛnatur: ne fortaſſis eoꝝ virtus ab igne reſoluatur: tunc colletur ⁊ firupiſetur cum lib. vij. ʒuccari. ⁊ de eo bibantur omni die. ʒ. iiij. ſine additione aque: quoniā fiet per ſe ſubtilis aquoſus ſufficienter. Item farmacum leuiter euacuans humoꝛes aduſtos a coꝛpoꝛibus delicatis eſt ſerum vel lac acetoſum cuꝝ ex ipſo bibitur lib. ſ. vel ℈. in auroꝛa. Quod ſi parumper acuere voluerit: infunde in ipſo per noctem integram mirabolanoꝝ citrinoꝝ ⁊ hebuloꝝ añ. ʒ. ij. poſtq; piſtata fuerint groſſo modo ⁊ poſita circa occaſum ſolis in ſero actu calido ⁊ craſtino collata ⁊ expreſſa diligenter. Pillule ꝓeterea nobiles ad idem que pillule de aloes nuncupantur. ℞. aloes boni. ʒ. ij. mirabolanoꝝ indoꝝ. ʒ. ij. ſene epithimi ſcamonee maſticis ana. ʒ. ſemis infoꝛmentur cum ſucco fumiterre vel apij vel ſero caꝓrino: ⁊ detur ex eis a. ʒ. ſ. vſq; ad. ʒ. ij. Electuarium ad idem quod dyarodon cū turbith appellatur. ℞. turbith albi ⁊ electi. ℥. ſ. ʒinʒib. ℥. ℈. gariofi. cinamomi añ. ʒ. ij. dyagredij. ʒ. ij. ʒuccari lib. ſ. ⁊ detur ex eo. ℥. ℈. vel. ʒ. vſ. Puluis ad idem. ℞. turbith. dragmas duas reubarbari dragmāvnā bermodactilozum. ʒ. ſ. ⁊ ſemis ʒinʒiberis. ʒ. ſemis ʒuccari. ℥. ij. ⁊ fit totum dosis ſua. Et ſi reubarbarum habere non poteris: pone dyagredij quātum eſt medietas ipſius. Unguentum cutim mūdificans a pediculis ⁊ ſcabie ſic fit ℞. argenti viui extincti cathimie argenti arſenici rubei ⁊ citrini ſcabioſe elleboꝝ albi ſtafiſagrie bermodactilozum litbargiri ſalis ſulpburis ana. quantum volueris de omnibus vel de quibuſdam. terantur omnia ſubtiliſſime ⁊ cum oleo vel axungia vel acetovel ſucco abſinthij vel vino cōficiantur in foꝛma vnguenti ⁊ ex ipſo coꝛpus inungatur pluribus dieb' in loco calido: ⁊ ꝓprie poſt purgationem: deinde ſoꝛdities diligenter in balneo abſtergantur. Eſt nanq; tante efficacie vt ipſum per ſe ſolum cum balneo ſepius refricatiuum excuſet medicum a purgatione. Et ſi cingulus vel veſtis ex eo linatur: liberat a lendibus ⁊ pediculis deferentem. Et ſi magis ipſum ſtipticare voluerit adde modicum cere ⁊ terebentine ⁊ ex albuminib' ouorum. Eſt nanq; fere continens omnia ſimplicia putredinem prohibētia ⁊ vermes natos ex putredine pernecantia ꝓeter aloes ⁊ fel ⁊ mirrham: qne ſi placuerit apponant. Balneum ꝓeterea materias ſcabiei reſoluens atq; coꝛpus pulchrificans fiat ex aqua decoctionis ſcabioſe fumiterre floꝝ camomille apij ſtafiſagrie melliloti lappacij acuti ⁊ rotūdi ⁊ tapſi barbati. vel ex aqua calida in qua ſulpbur ⁊ ſal ⁊ alumen diſſoluta fuerint vel ex aquis tinarum: quoniam ſunt ſulpburee vel aluminoſe per naturam: quemadmodum ⁊ aqua maris amara eſt atq; ſalſa per naturam. Nec paſſio cum non accidat vt ditimus niſi poſt malam cōplexionem calidaꝝ ⁊ ſiccā aduſtam videtur neceſſe vt cum ipſa coꝛpis habitudo fiat gracilis extenuata: imo ⁊ illud eſt conuenientius: vt qñ coꝛpus ꝓeter naturam cepit extenuari ſcabies ⁊ pru-

ritus assequat: quēadmodū ostendit in decrepitis ⁊ calescentibus ꝓpter egritudines diuturnas. Ex q̄bus scire potes q̄ ars ipsum guādi corpus macrū quā scribem⁹ inferius ꝓpto ca. presentibus sublimiter suffragat.

Pronosticatio.

Scabies ⁊ prurigo cū fuerit fortis difficilis antiquata lepra̅ significat affuturā. Ite scabies cū accidit infantib⁹ aut pueris paruulis curari nō debet: qm̄ fortitudinez virtutis naturalis ⁊ mūdificationē sanguis mēstrui significat in pueris corpis derelictis ⁊ a lepra futura ꝑseruat. Ite scabies cū accidit in corpore post egritudies diuturnas aut acutas cum alleuiatiōe viscerum membroꝝ interioꝝ et cōstantia virtutis ⁊ bonitate appetit⁹ crisim significat salutarē. Si vo grauitas in interioꝝ remāserit aut morbi longitudinez aut recidiuā significat affuturā: nisi fortassis patiens errauerit in diera ⁊ cibū superfluū assumpserit: qui cū ꝑfecte digerit in scabiez trāsmutatur: quēadmodū patiētibus appetitum continū. Unde Ypo. iij. par. ampho. Quibuscūq; febrib⁹ longe bis pustule et dolores in articulis fiūt. et statim post ait. Quibuscūq; ex febribus resurgētibus aut pustule aut dolores in articulis fiūt ij amplioriby cibis vtūtur. Item dicit Ypo. sexta parti. ampho. Late pustule non valde pruriginose fiūt. Item si corp⁹ scabiosuz vrinā habuerit laudabilē atq; bene digestā ꝙm substantiaz sedimen ⁊ colorē ⁊ egestiones filr naturales ꝙm q̄titatē ⁊ colorē cibo ꝓportionatas certificat interiorē corporis munditiā ⁊ virtutis naturalis bonitatē. Si vero cōtrariū apparuerit materie multitudinē ⁊ purgationis significat necessitatē. Un Ypo. ij. pti. ampho. Quib⁹ fauces egrotāt aut pustule nascunt in corpe cōsiderare egestiones opz ⁊c. Ite corpora scabiosa cacochimica nō impinguātur anteq; purgent. qm̄ eoꝝ cibus totus conuertitur in materiā corruptā cui in corpore permiscet ꝓterq; eius modicū necessariū advitā. Un Ypo. ij. parti. ampho. Non pura corpora quanto magis reficies ⁊c.

De lepra. Cap. iiij.

Epra est morbus vlis corporis totius puentes ex dñio melie nō naturalis plurime sup humores atq; mēbra ex qua quidē colorē ipsoꝝ inficit ⁊ forma ⁊ figura corrumpit ⁊ alterat eoꝝ cōplexio ⁊ lesiunt operationes naturales: ⁊ fortassis soluit eoꝝ cōtinuitas: ita vt vlcerent donec cadant: qm̄ est velut cancer vlis: quemadmodū ⁊ cancer est velut lepra particularis: vt ait Auicē. iiij. canon. cap. ꝑsenti. Dicamus autē fortassis q̄ melancholia non naturalis est duplex. Una quidē genita ꝑ adustionē humorū: ⁊ est illud quod accidit vt plurimū: ⁊ hec est membrorum corrosiua vehementer: ⁊ ꝓprie cum fuerit ex humoribus calidis ante adustionez que sunt cholera ⁊ sanguis. Alia vero genita per humorū condensationē: ⁊ est illud qđ accidit perparum: quoniam vt ait Gal. ij. de complexionibus. Sepius est in nobis calidū adurens q̄ frigidum congelās: et hec nō est membroꝝ corrosiua vel modicum: ⁊ ꝓprie cum fuerit ex humoribus frigidis per naturam que sunt flegma ⁊ melancholia. Et huiusmodi quidem melancholia non naturalis morbos efficit diuersos: modis tamē varijs ⁊ diuersis. quoniā aut colligitur in mēbro. Aut vero spargitur super corpus totuz. Si primum hoc dupliciter: quoniam aut figitur in eius profundo dum currit ad ipsum per venas ⁊ arterias ꝓprias ⁊ fic efficit apostemata corrosiua q̄ sunt cancri zepherios ⁊ herpestiomenus que differūt inter se. Quoniam si melancholia non naturalis fuerit adusta grossa fit cancer: si subtilis adusta fit herpestiomenus. Si frigida congelata fit zepherios duricies nominata: de quib⁹ nostram expediuimus q̄tum intentionis nostre fuerat capitulo de apostematibus in matrice. Aut spargitur super eius superficiem donec ꝓueniat ad cutim ⁊ fic efficit albaras et morpheam ⁊ algueset quarum distinctionem supra diximus et inferius apparebit. Cum autem spargitur supra corpus totum intus ⁊ extra venas fit etiam dupliciter: quoniam aut putrefit ⁊ resolutur: ⁊ fic efficit febrez quartanā: aut non putrefit: nec resolui: ⁊ fic lepram inducit. Ex quibus scire possumus q̄ lepra in se aggregat vitia ceterarum. Est nāq; illud lepra in toto qđ cācer in parte: est aūt illud in carne quod morpheā in cute: ⁊ est illud ꝑmanens quod est in quartana deficiens. Quapropter a medicis mala in-

Mala ꝯplexio
Lep. 3. re

firmitas nominat: qm̃ ꝛ ex eius contagio corpus sanū maculatur. Sunt aũt lepre quēad modū ꝛ morboꝝ naturaliū oīm tres cause que sunt primitiua antecedens ꝛ coniuncta. Causa primitiua est adustio assidua in sole calido vel ad ignē ꝛ coitus supfluus ꝛ laborꝛ fames ꝛ sitis ꝛ vigilie: ꝛ vsus ciboꝝ acutorū ꝛ vini veteris amari. Hec effi oia sanguinis massam perurūt: vt plenꝰ diximus capꝰ de emorroidibus ꝛ capꝰ de manta cantna. que ẋo sanguinē condensant: sunt ambulatio assidua per niuem ꝛ habitatio ad septētrionez ꝛ incarceratio inter muros ꝛ somnus ꝛ ociuꝫ ꝛ ablatio coitus oīno ꝛ vsus ciborum grossorum ꝛ potus aque frigide vehementer: hec effi oia sanguinem cōgelant. Sunt tamē pre ter has duas causas alie tres communes ad vtrancꝫ que sunt habitatio frequēs inter leprosos: ꝛ coitus cum muliere leprosa vel cū qua antea breui tēpore leprosus coiuit quare fit vir leprosus aut fetus aut vtrunꝫ. Et non oportet vt fiat mulier leprosa semper in quā leprosus proiecit sperma suum: quontā matricis densitas illud prohibet. Et tertia causa que est oim potissima est coitus cum muliere menstruata quare fit puer leprosus qm̃ vt ait Auerro. iij. colliet. vt plurimū ineſt hec passio ex generatione ꝛ raro per acquisitionem quare difficilis est cure. Fetus cū cōcipitur bora menstruoꝝ adustionem aut cōgelationē recipit in sua substantia que apud finem iuuentutis ꝛ processum senectutis ꝙ plurimum roboratur donec exterius manifestetur in corpore ꝛ lepram inducat velut fermentum cū per diē ꝛ noctē in pasta latitauerit. Etas nancꝫ iuuentutis est tēpus adustionis. Etas ẋo senectutis tēpus frigiditatis ꝛ siccitatis per naturā. Causa ẋo lepre antecedens est mala cōplexio calida sicca: vel frigida sicca corpis totius incipiens ab epate et corde a quibus fluit virtus nutritiua mediantibus venis ꝛ arterijs in corpus vniuersum quare multiplicatur humor melancholicus ꝛ sanguis grossus in eisdem. ad qō nō parum efficit splenis oppilatio seu debilitas per naturam. Causa autez cōiuncta est cum humor hmōi perfecte aduritur aut condensatur donec in melancholiam non naturalem conuertatur. Sunt ꝛ lepre species q̃tuor famose. Cum nāq̃ sanguis aduritur a lopitta nuncupatur. Cum ẋo cholera dicit leonina. Cum aũt alteratur flegma tiriam vocauerunt. Et cum melācholia naturalis elephantiā appellarūt quorum oim curam et accidentia per ordinē dicamus. Signa lepre cōmunia trahuntur a tribus quēadmodum ꝛ accidens est triuꝫ generū: vt ait Gal. iij. de accidenti. ꝛ sunt qualitas corporis mutata a qualitate fic. ix. numero colligūtur. primum quorū est color totius corporis ꝛ proprie faciet: quontā oportet vt fit rubeus obscurus tuberosus cum refulgentia quadam velut corij torrefacti preter debitū ꝛ solitū. Secundū signum est dispositio oculorum ꝛ palpebrarum atcꝫ superciliorum: quoniam oportet vt sint rotundi cum grossitie et duritie palpebrarum ꝛ nuditate superciliorū vehementi ꝛ perturbatione in albuginibus ipsorum ex liuiditate vel fuscedine cōmixta cū venis rubeis plurimis in angulis ipsorū velut cane rabido seu leone. Tertiū vero signū est dispositio labiorū oris eminens cuꝫ plūbeitate ꝓter ꝙ sit ex natura. Quartum aũt est dispositio lingue ꝛ palati: qm̃ si linguā deꝓsseris et intus aspexeris sup radicē lingue vbi pendet vuula: ꝛ simiℓr ꝛ in palato fissuras minimas ꝛ grana velut milij colorum diuersorum ꝛ ꝓprie alba vel citrina vel rubea fetentia velut in partib⁹ infectis. Quintū signuꝫ est dispositio capillorū: quoniam cadunt ꝛ sunt rari atcꝫ curti cū furfuribus in capite pluribus: ꝙ si regenerantur sunt parui subtiles qui vix videnť nisi cum prospexeris ad solem. Sextū signum est dispositio corporis totius pruritiua scabiosa cum asperitate ꝛ tortuositate ꝛ nodositate que sub cute reperitur quādo inter digitos tractatur et proprie in facie et circa iuncturas. Et hec quidē ser signa sunt alijs certiora: ita vt cū simℓ fuerint: nō facilē errare. Septimū signū est dispositio musculorum quontā ipsos reperies duros: graciles: ꝛ cōsumptos ꝛ ꝓprie inter pollicem ꝛ indicē manuum ꝛ pulpas tibiarū. Octauum est cutis tēsio in toto corpore ꝛ ꝓprie super spōdiles dorsi ꝓpter fortem siccitatez: quapropter si trahatur vel comprimať tarde redit ad figuram suam: ꝛ si aqua aut oleum superaspergatur nō imbibitur sed cito labitur sup corpus quasi non fuerit humectatum. Nonum

ypq lepr famo ꝯsistor

signū est dispositio corporis ad aerem continentē:qm̄ ⁊ si facile frigescant aut calescant ex debilitate virtutis naturalis vt plurimuz tm̄ frigescunt quare plurimis indigent vestibus ⁊ cameris calefactis:sed hoc est signum fallax:quonia ⁊ omne rarū corpus aut macrū per naturā retinet huiusmodi dispositionē. Si vo signa trabantur ob operatione mutata sex quidem numero colliguntur. Primuz est vocis raucedo ⁊ strictura anbelitus nō accidens ex catharro vel alia causa manifesta sed propter siccitatem viaruz ⁊ anbelitus et oppilationez ex materia grossa cinerosa. Secundū est insensibilitas membrorum siue ex tremorum cum pungūtur:aut vruntur preter qꝫ fit ex paralisi vel cachecia. Tertiuz est mēbrorū fornicatio titillosa perdurans assidue sine manifesta causa ⁊ proprie in fronte et supercilijs ⁊ naso ⁊ maxillis atq; super dorso. Et hec tria signa sunt alijs certiora que sequuntur. Quartum signū est ebetudo pulsus: quoniam oportet vt sit paruus debilis rarus subtilis propter virtutis oppressionē ⁊ organi siccitatem nisi fortassis a principio priusq̄ lepra confirmetur: quoniam potest esse fortis magnus velox propter necessitatē adauctam ex adustione vehementi. Quintū est morum prauitas fraudulenta quare facile trascuntur neq; statim mitigantur:nec cōfidunt in aliquo:sed sunt auari tenaces ⁊ ad concupiscentiā vehementer inclinati. Sextū est somni dispositio:quoniam paruuz ⁊ paucum habent somnum:ita vt ex qualibet leui causa excitentur ⁊ apparent in somno fantasmata nigra timorosa.qꝫ si signa lepre traxerimus ab exeunte mutato sic quinq; numero colliguntur. Quorum primum est fetor anbelitus atq; corporis totius velut fetor hyrcorum ⁊ proprie in loco calido estuoso. Secundum signum est vrina parua subtilis radiosa subcitrina in colore oleaginea in superficie cum arenulis rubeis minutis in fundo: nisi fortassis a principio cuz nec adustio nec oppilatio fuerint consummata:quoniaz potest illo tempore grossa rubea vel citrina vel lizaropos apparere. Tertiuz est apparitio vlceruz sordidoz in volis manuū atq; plantis pedum:ex quibus sanies aut virus fetidum cenosum assidue manat:neq; consolidari se permittunt cuz sunt cancrosa sed magis per diem ⁊ diem dilatantur cuz pruritu vehementi. Et hec quidem tria signa ex signis bmōi generis magis certa. Quartum signum est quod sumitur ab egestione:quoniam sunt vt plurimum ventres eorum stiptici propter siccitatem ⁊ egestiones liuide cinerose. Quintum signum ex sanguinis dispositione ⁊ hoc quidem multipliciter. Uno modo quoniam bora illa qua fit flebotomia basilice seu mediane vel finistre quādoq; vulnus oppilant. Alio modo quoniam post eius receptionem in parapside citissime condensatur ⁊ post tēpus modicum scindatur aut in partem grossam residentem ⁊ aquosam supernatantem sed certior est significatio si scindatur. Alio modo quoniam si recens cum per flebotomiam extrabitur:fundatur in aquam claraz frigidaz nullatenus cum ea permiscetur sed vel supernatat:vel ad fundum condensatur velut sanguisuge nigre:minute. Alio modo quoniam si recens colletur per pannum lineum densum ⁊ digitis exprimatur diligenter reperies reliquias velut grana milij minuta. Et iterum aliter quoniam si recens cū aqua frigida pura dissoluatur in pelui tersa ⁊ mundata reperies in fundo ipsius post effusionem ipsius ⁊ aque grana milij taz dicti. Et aliter iterum quoniam si super ipsuz aliquid salis asperseris postq̄ constiterit in parapside ⁊ liquor si quis supernatat fuerit abiectus nequaq̄ liquefiat vel morose valde quod quidem accidit propter sanguinis grossitiem atq; siccitatem siue fit adustus:siue congelatus. Et iterum alio modo quoniam si super ipsum postq̄ constiterit omni quaq; fundatur acetum aut lixiuium acutuz fortassis natabit ⁊ bulliet super ipsum. Sed in egestione atq; sanguine non cadit fides certa:quoniam consimiles eorum dispositiones reperiuntur in corporibus melācholicis ex morbo vel natura. Dicit preterea Rasis in diuisionibus in capitulo presenti qꝫ lepra habet tres gradus. Primus quorum est incipiens ⁊ propter ipsaz patiens nō separatur scilicet allopiciam qui curam perfectam recipit si medicus fuerit sapiēs studiosus. Et signa eius sunt raucedo vocis ⁊ strictura anbelitus ⁊ turbatio albuginis oculorum ⁊ rubedo faciei et tuberositas eius et paucitas pilorum ⁊ casus eorum ⁊ vniuersaliter om-

nia signa sumpta a qualitate mutata atq; ab actione lesa cum fuerint remissa moderata neq; determinata accidentia accesserunt ad ipsa. Secundus vo gradus est inualescēs ⁊ propter ipsum patiens ab omnibus separatur. Et signa eius sunt: quoniam raucedo fit fortior ⁊ facies tuberosa ⁊ digiti curuant ⁊ deturpantur fortiter itavt pueri ipsum fugiant ⁊ spasmantur iuncture ⁊ fiunt tuberose. Et vniuersaliter cuz omnia signa sumpta a qualitate mutata atq; ab actione lesa fiūt fortiora. Sed que ab exeūtibus mutatis fuerint omnino nulla vel remissa: tunc nanq; neq; quaq; perfecte curatur hec passio. Sed cura que est primi gradus sanatiua fiet repressiua eius ne cito peiorek. Tertius vo gradus est interficiens qm̄ nō est eis cura nisi mortis suspensiua ⁊ membroz custoditiua ne valde cito corrodantur ⁊ decidant sed mozose. Et signa eius sunt qm̄ vlcerak corpus ⁊ fetet et currit virus ex mēbris vlceratis. Sed vt signa oīa pfecte cōpleamus ad spēs lepre p; prias descēdam⁹. Signa igit allopicie sunt cū predictis signis cōibus rubor facici pluri mus cū inflatione oculoz ⁊ eoz lachrymosi tas cū rubore ⁊ tumore albuginis oculoz. Et q; fluit sanguis e naribus ⁊ gingiuis ex oi leui cā ⁊ apparitio venarū guindes in collo cū dispositione prefocatiua assidua ⁊ multiplicatio pustularū rubearū bumidarū sup corpus totū ⁊ vrina rubea grossa vnctuosa ⁊ habitudo viuida carnosa ⁊ etas iuuētutis ⁊ cōplexio sanguinea ⁊ ātecessio regiminis multiplicātis sanguinē ex vino dulci rubeo ⁊ carnibus salitis siluestribus ⁊ ocio ⁊ quiete: verū qm̄ in hac specie capilli cadūt plurimum allopiciā vocauerūt. Signa leonine sunt cuz predictis signis cōibus colori facici citrinus vehemēter ⁊ vlcera feda pruritus in labijs oris ⁊ manibus ⁊ partib⁹ alijs corporis cuz ardore vehemēti ⁊ multiplicatio serpiginis sup corpus vniuersuz: ⁊ vrina subtilis pauca citrina ⁊ fitis vehemēs ⁊ pstratio appetitus ⁊ habitudo corporis cholerica ⁊ etas iuuētutis ⁊ regimē calidū siccū antecedens ex pipe allijs ⁊ finapi ⁊ vigilijs ⁊ fame ⁊ siti ⁊ labore assiduo ⁊ potu vini veteris puri amari: et qm̄ in hac specie fit maxima mor furiositas idcirco leonina nūcupatur ⁊ qm̄ plurimi leonū patiūtur hanc speciē: vt ait Auic. Signa vo tyrie sunt cū predicta signis cōibus color facici subalbidus parū deficiens a facie sanoz cū furfuribus in capite ⁊ pruritu ⁊ scabie ficca sup mēbra faciēte cutim separari velut squamas pisciū aut spoliū serpentis propter qō ⁊ tyria nūcupatur ⁊ multitudo albaras sup corpus totū: fl'r ⁊ habitudo flegmatica ⁊ etas senectutis ⁊ sex⁹ vt plurimū mulierū ⁊ regimē flegmaticū antecedēs ⁊ ppte ex piscib⁹ salitis atq; caseo veteri ⁊ lacte acetoso. Signa elephantie sunt cum signis predictis cōibus color facici liuidus ⁊ iunctura rum nodositas cum tortura ⁊ spasmo ⁊ inepria ad motus voluntarios ⁊ multiplicatio morphee nigre super corpus totuz: similiter ⁊ habitudo macra gracilis ⁊ etas senectutis ⁊ complexio ficca per naturam ⁊ anteces̄sio tristitie ⁊ solicitudinis assidue perdurantis. Et dicitur hoc nomine quonīā in hac specie iuncture crurium ⁊ manuum fiunt plus rigide q̄ in alijs velut accidit in cruribus elephantum.

Sig allopiāe

Sig Leonine

Sig Tyrie

Sig Elephā

Methodus.

Cura huius passionis non diuersificatur secundū suas species: sed tantū penes gradus quod est: quoniam melancholia non naturalis siue facta fit per adustionem: siue condensationem humoris cuiuscunq; fit grossa ficca frigida per naturam ex eo q; ab ipsa resolutur subtile vnctuosum: verumtamen peccatuz sue ficcitatis est multo fortiq; frigiditatis: nisi fortassis per adustionem maximam caliditas accidentalis fit infixa: ⁊ proprie in lepra vlcerativa: quapropter vniuersaliter cum rebus humectantibus corrigitur atq; impinguantibus proposse temperatis inter calidum ⁊ frigidum omniquaq;. Cum igitur lepra fuerit in principio extrabatur gradatiue proposse grossus humor subtilis temperatus cum suctione ciborum humidorum. Modus autem extrahendi cum flebotbomia fiet talis: vt ait Rasis in diuisi. capitulo presenti. Quonīā oportet vt in omni mense fiat flebotbomia basilice vel medtane cum incisione larga non stricta retinente grossum. Ad quod plurimū cō fert sessio in tina aque dulcis tepide vel aq̄ decoctionis maluarum viol'. ⁊ altbee ante flebotbomiam immediate. Et non extraba-

tur simul san.plurim?:sed parū quaqz vice. et permutet eius locus nūc ad brachiū:nūc ad pedes ⁊ nūc ad partē dextrā modo ad sinistrā.qm̄ fiet tuatiuū in eductiōe materie et custodia ꝟtutis ⁊ cōsideretur sanguis cuz egreditur:qm̄ cuz est magis grossus dimittatur. Cuz ꝟo subtilis lucid? statim retringat et ad medicinas ꝓcedatur. Et corpa q̄ magis audem? flebotbomare sunt corpa calida humida carnosa:frigida ꝟo ⁊ sicca pbibemus. Post flebotbomias aūt plurimas et venarū inanitiones ex sanguie grosso melācholico fiāt scarificationes ꝓfundate cuz incisione larga post exitum a balneo humectāte. Nunc quidē in pulpis crurū:nunc ꝟo in natibus ⁊ nūc in spatulis vel in dorso. Modus ꝟo humores grossos extrabēdi cum farmacia fiet talis vt in offi ebdomada venter semel soluatur cū medicinis educētibus melancholiā. Primo cū debilibus post boc ꝟo cum fortiorib? gradatim:ita tamē q̄ nulla vice fortis solutio:sed moderata:qm̄ cum dicimus medicinas fortes nō quidē intelligimus ꝑm pondus sed ꝑm virtutē. Et bas q̄dem medicinas cōplete dixim⁹ ca.de permixtione rōnis. Meqz permittendū quando das medicias attractiuas fortes,put humor melācholicus requirit quin des ex lenitiuis quantitatē paruā:cuiusmodi sunt cassia ff. māna tamarindi viole atqz pruna:qm̄ ventrem ꝓparant ⁊ velocitant medicinā:vt ait Mesꝫ.in suo de appropriatis.ca.de melācholia. Diebus ꝟo intermedijs quibus nō purgatur corpus digeratur materia cuz sirupo quem dicemus in empericis. ⁊ humectetur corpus cū sessione assidua in tyna supdicta: Et semp cū balneū exierit:inungat totū corpus ⁊ ꝑprie mēbra debiliora ex oleo cōi calido vel oleo violar.vel oleo nenupbarino.vel si aliud ꝑsto nō fuerit cū lacte dulci recenti butiroso vel cū adipe anatis anseris ⁊ galline incorporato cū populeon ⁊ dyaltea partes equales omnīū sumendo. Et reguletur corpus ex cibis humidis lentibus dulcibus velocis penetrationis q̄ tenerū faciant corpus ⁊ impinguēt ipm ⁊ humores generēt subtiles ex quib? est lac dulce recēs ex aialibus sanis inuenib? sumptū in ieiuno ꝑ se vel mica panis offi die ⁊ ꝑprie si in ipso delectetur. Similr ⁊ pultes ex farina similē vel auene cōditi cū eodē ⁊ pultes ex amilo ⁊ farre cōditi cū lacte amigdalarū ⁊ zuccaro albissimo. Et iura carnium edorum ⁊ agnorū ⁊ pullorū pinguium condita cū vitellis ouorū ⁊ croco ⁊ cinamomo ⁊ carnes elixe cū lactucis cucurbitis spinargijs borragiñ. atqz sicla. Similr ⁊ ouа recentia sorbilia elixa nō assa: similr et brodia butirosa ⁊ butirū recens comestū cū bucella panis. Bibat vinū albū clarū limpbatum dulce vsqz ad mediocritatē vel mellicratum aquosum subtile vel iulep vel aquā decoctionis ficuū vel aquā frigidā claram. Caueat a cibis ⁊ potibus ⁊ saporibus generantibus melīam naturalem vel nō naturalē qualēcunqz quos plene iam descripsim?:capitulo de emorroidibus. Caueat a reb? vtinā prouocantibus vehementer: ne fortassis educat subtile ⁊ grossum indurēt nisi fuerit pattēs ex ijs qui per vrinā purgari cōsueerunt. Nō quidez scies ex vrina grossa liuida exeūte cū sedimine plūmo cinerosо. Ystud tñ est perpaꝫ quoniā humor grossus postulat vias largas. Et ex rebus vehementer humectantibus est somnus plūmus post cibum ⁊ ociū ⁊ quies ⁊ postpositio solicitudinis ⁊ habitatio assidua in aere humido valde:sed frigido moderate ꝑ se: vel per artē. Sic ergo regulet donec redierit scōa borа flebotomādi vel purgandi. Et fiat ordinis reciprocatio assidua per durās: quoniā sanatur bac cura. Et si remanserit color malus in facie rectificetur cū vnguēto citrino vel cū vnguento albo visitato. Ad quod cōfert plurimū scarificatio facta primo quidē in spatulis deinde sub mēto ⁊ pulpis aurīū. Ultimo ꝟo ꝑ supficiē factei totā ita vt sanguis excitet ⁊ diligēter cū digitis exprimatur ⁊ vnguenta predicta vlco imprimātur ⁊ proprie in balneo vel loco alio calido vaporoso. Et si ruborꝫ in oculis apparuerit:instillentur collīria:dicta capitulo de obtalmia.⁊ proprie de ceruſa. Et si capilli capitiꝫ ceciderit:fiāt q̄ dixim? ꝑprio ca. ad ipsoꝫ gñationē atqz fixionē. Si ꝟo lepra ꝓcesserit ad gradū scōm añcē sis vocat? ad curā nihil ex ordie supdicto diminue:qm̄ fiet ꝓferēs ne cito pejoret. Et si nodi durivl macule morpbee fuerit circa iūcturas freqnter ipas mollifica cum balneis ⁊ oleis ⁊ vnguentis supradictis ⁊ ꝟoꝫvt olea sint calida vehemēter donec vrant.⁊ penetrent loca du-

ra: ꝙ si nō suffecerit opus est vt cum lamina ferrea ignita puranꝫ ipsoꝝ superficies atq; resoluātur. Et si nec ista suffecerint: cōuenerūt antiqui ꝛ estimauerūt ꝙ carnes vipe comeste ꝛ vinū eiꝰ bibitū ꝛ tyriaca de vipis: ꝛ troiscisci de tyro famosi exhibiti bis vl' ter in bebdomada cū vino albo subtili mixto cū aqua frigida sanāt ipsam: qm̄ ex vsu earū assiduo inflaꝫ corpus totuꝫ ꝛ mollificaꝫ caro ꝛ cadit cutis superior dura defedata ꝛ regeneraꝫ alia inferior mollis atq; clara: sed hec est cura ra ra difficilis. Preparatio aūt vipe in iure talis est. ℞. serpentē habitātem in locis filuestribus mōtanis nō paludosis cuiꝰ color sit flauus habēs ventrē albuꝫ ꝛ in medio ventris lineā rubeā ꝛ in medio dorsi lineam nigraꝫ ꝛ caput habens planū subtile ꝛ corpus in medio grossum ꝛ caudā curtam subtilem velut lacerta qui dum mouetur: facit strepitum.

Et si dentes habuerit in mandibulis est melior: ꝛ abscindantur caput ꝛ cauda' ꝛ abiciātur omnia eius interiora ꝛ abluatur eius caro pluries in aqua clara ꝛ frustatim incidatur ꝛ ponatur in lebete mūdo cuꝫ sufficiēti aqua pura. Et addatur aliquid aceti ꝛ salis ꝛ olei ꝛ piperis ꝛ gallāge ꝛ seminis aneti ꝛ bulliantur donec caro ab ossibus vndiquaq; separetur. Tunc igitur patiens comedat de carnibus ꝛ sorbeat ex iure paruꝫ post parum assidue per dies multos. Et si carnes abhorruerit: misceat ipsas cum carnibus pullorum vel columbarum vel factat ex eis tortellum vel pullos cum viperis decoquat ꝛ fiet ius magis sapororosum. Cum autem illud per dies multos cōtinuauerit ꝛ supuenerit scotomia ꝛ corpus inflatum fuerit et cutis sepetur sufficiens est iam eius vsus. Preparatio autē vipere in vino talis est vt vipera viua preparata sicut priꝰ bulliatur in lib. xx. vini albi puri clari donec caro ab ossibus separetur: ꝛ tūc vinum cū vipera simul actu calidum in dolio fundatur quod. xl. lib. vini albi clari contineat cui misceatur. Et exipo bibat modicū oi die i ieiuno. Preparaꝫ aūt vipera in sirupo sic. ℞. viperā preparatā vt prius: ꝛ pone in. viij. lib. aque ꝛ adde aliq̄d fumiterre vel succi eius ꝛ tbimum ꝛ epithimum ꝛ aristologiam rotundam ꝛ gentianā et mentam ꝛ baccas lauri ꝛ ʒʒ. ac cinamomum ꝛ fac bullire donec medietas consumatur vel caro ab ossibus separetur: tunc colletur ꝛ siruptsetur collatura cum lib. ʃ. zuccari et detur ex eo omni die in aurora q̄tum testa oui capere potest cū aqua calida. Preparatur vipera in electuario sic. ℞. carnes vipere preparate sicut prius: ꝛ cocte ꝛ pistentur perfecte ꝛ misceātur cum duplo zuccari rosa. in causa calida vel cum duplo dyasene in causa frigida ꝛ detur ex eo omni die in ieiuno cū vino claro bene adaquato. Si vo lepra peruenerit ad gradū tertium ꝛ ulceretur corpus et virus effluat ꝛ feteat eius corpus: inunganꝫ vlcera eius assidue cum vnguētis de cerusa optato: quod dixim? capt'o de apostemate in matrice. C. de malitia cancri repimēda. qm̄ refrangit materiā corrodentē ne cito membra cadant vt vita ꝓlongetur: ꝛ cauterisetur cū ferro ignito ꝛ permutetur etiꝰ habitatio ad aerē humidū vehementer sed nō supflui frigoris nec caloris sicut aer stās secus decursus aquarū mundaꝝ. Et assidue vtaꝫ lacte ouiū ꝛ vaccarū in potu: qm̄ prolōgat eius vitā ꝛ sepius assiduet flebotbomiaꝝ basilice ꝛ venarū guindesi in collo ne suffocetur ꝛ balneationē in tyna supradicta.

Empirica.

Cōstructio sirupi nobilis digerēs humores grossos aduſtos vel cōdensatos atq; ipsos preparans purgationi sic fit. ℞. borraginis buglosse scolopendō. capilli veneris politrici adyantbos ꝛ fumiterre si recens haberi possit. aā. m. vnū semis lactuce endiuie cucurbite meloñ. aā. ʒ. ʃ. prunorū siccorum passulaꝝ pinguiū enucleataꝝ aā. ʒ. vnam. ꝛ ℔. pollipodij. ʒ. tres. bulliantꝫ omnia preter epithimū in lib. viij. aque clare: vl' in. vʃ. lib. aque ꝛ lib. duabus vini albi dulcis aromatici clari subtilis: donec tertia pars fuerit consumpta tūc apponatur epithimū ꝛ statim deponatur ab igne ne virtus epithimi resoluatur. Et cū infrigidari ceperit omnia manibus confricentꝫ et collentur. Et additis. ij. lib. zuccari albissimi fiat sirup. clarus subtilis aquosus de quo potentur omni die in aurora. ʒ. quattuor vel sex. Sirupus de epithimo purgans humores grossos aduſtos vel nō aduſtos cum virtute sic fit ℔m Hebemes. ℞. epithimi bonī ortensis. ʒ. xx. mirabolanoꝝ citrinorum ꝛ indorum. aā. ʒ. xv. cuscute fumiterre. aā. ʒ. decē.

thimi buglosse calamenti emblicorum belle/ricorum liquiꝝ. polipoð. agarici sticað. añ. ʒ. sex. roſ. seminis fenticli anisi. ʒ. ij. ℞ pruna numero. xx. vuarũ passularũ enucleatarum. ʒ. quattuor. tamarinð. ʒ. ij. et ℈. zuccari lib. iij. rob. lib. ij. vel loco eꝰ dulcis vini albi subtilis fiat firupꝰ bene coctus ⁊ detur cũ aqua decoctionis prunorum: vel addaꝫ aqua plurima quãdo coquitur ⁊ fiat firupus subtilis aquoſus ⁊ per ſe potetur. Cõfert eñ lepre inchoate et morphee ⁊ ſcabiei ⁊ ſafati ⁊ cãcro et omnibus morbis de cholera nigra generatis. Pillule inde quas ſcripſit Haly et ſunt vltimi iuuamenti atq; fortitudinis ad idem fiũt ſm eundẽ modum. ℞. mirabolanorum indoꝝ elleb. nigri polipoð. añ. ʒ. v. thimi epithimi ſticað. añ. ʒ. ſex. agarici lapidis lazuli loti colloquintidis. ſalis indi. añ. ʒ. iij. ſucci eupatorij ſpice. añ. ʒ. ij. gariofil. ʒ. ſ. yerepigre. ʒ xij. fiant pſillule cum ſucco apij vel fumoterre vel vino veteri amaro de quibꝰ dẽtur a. ʒ. ij. vſq; ad aureos. ij. cũ aqua caſei ſero cum itur ad lectũ ſine cena et ſunt ſane et expte. Pillule de elleboro nigro ad idẽ fiunt. ℞. aloes. ʒ. vnaʒ. ſalis indi. ʒ. ℈. ellebo. nigri. ʒ. ſ. agarici boni. ʒ. vnã: fiant pillule cũ melle vl̃ vino dulci ⁊ ſint omnia. ſ. doſis. Ex ſolutiuis debilibus cõuenientibus corporibꝰ delicatis eſt ſerum vel aqua caſei q̃ eo actu calido bibitur lib. vna in aurora cũ melle vl̃ zuccaro dulcoratũ. q̃ ſi fortificare volueris infunde in ipſo per noctẽ mirabolanorum citrinorum ⁊ indorum. ana. ʒ. duas. piſtando groſſo modo ⁊ in craſtino manibus fricando atq; collando diligenter. Electuariũ delicatum ad idem. ℞. ſene epithimi añ. ʒ. iij. elleb. nigri roſ. ru. añ. ʒ. ℈. fiat electuarium cũ melle cocto ⁊ mundato de quo detur ſemel in ebdomada. ʒ. ſ. vel. ʒ. xv. cum vino calido limpbato. Electuariũ quo vtimur omni die in ieiuno alterans ⁊ cõfortans ſic fit. ℞. trociſcorũ de thimo. vſ. nũero. tyriace veteris electe. ʒ. ſ. zuccari roſ. dyarrodõ abbatis. añ. ʒ. ij. Et ſi calor fortis fuerit: addatur triſandal. ʒ. ſ. detur ex eo ante cibum. ʒ. vna cum vino limpbato. Oleum de ſerpentibus cutim leproſorũ pulebrificans: ⁊ ppte poſt purgationẽ ſic fit ſm Aſeb. in antidotario. ℞. ſerpentũ nigrorũ vel flauorum quos ſuperius deſcripſimus circiter lib. ij. pone eos integros in olla terrea vitrea ſtricti orificij ⁊ funde ſup eos olei fizami. vel de ſemine lini vel olei camõillini vel cõis lib. ſ. ⁊ ℈. ⁊ figilla orificium vaſis ⁊ decoque lento igne vel ſuper prunas donec caro ab oſſibus ſeparet. ⁊ caueat ſibi operator a vapore eius: qm̃ eſt venenoſus: ⁊ cum cocti fuerint: dimittatur in frigidari ⁊ recõdatur in vaſe vitreo diligenter operto ⁊ adminiſtret liniendo ſup facies et membra leproſorum cum penna: qm̃ poſt dies aliquos facit cutim cadere ⁊ aliã teneram regenerari. Oleum de ouis ad idem ſm eundẽ. ℞. vitella ouorũ elixatorum donec indurata fuerint circa. xxx. ⁊ cõtinue manib⁹ ⁊ pone in ſartagine lapidea ⁊ frige ſuper ignẽ mouendo cũ ligno donec rubeſcant ⁊ reſoluatur ab eis oleũ: ⁊ tũc ea cõprime cũ torculari tũc abundãtius manabit: qm̃ ex pluribus vitellis adhuc fit oleũ paucũ. ⁊ ſi pones in alẽbico ⁊ diſtillares ſicut faceres aquã roſ. melior fieret operatio. Eſt eñ expertũ ad omnẽ cutis feditatẽ: ⁊ confert impetigini ſerpigini ſafati algueſetz ⁊ fiſtule ⁊ vlceribꝰ malis corroſiuis. Oleũ de iunipero ſm eundem in eodẽ ſic fit. ℞. ligni iuniperi recentis ℔tum volueris: diuide fruſtatim ⁊ reple ex eo ollam terream vitreatã ſtricti orificij: ⁊ pone ſup ipſum laminã ferreã ſpiſſim perforatã: ſicut fit cribratorũ ⁊ inclina ollã ſup orificium ⁊ pone ſub eo in fouea ſub terra conſtrictam ollã aliam vitreatam lati orificij ⁊ ignem ſuper ollã ſuperiorẽ qõ vſui reſeruet. Oleũ de fraxino fit eodẽ modo ⁊ confert ad idem. Dicunt ꝓterea experti q̃ ſi patiẽs melius q̃ leprã inchoataʒ caſtret ſtico ſanaꝫ ab omni alia medicina: quonã alterabit eius complexio ad frigiditatem ⁊ humiditatem vehementem.

Canones.

Dubitarũt alicq̃ re lepra icipies curet: cancer vero nequaq̃: ſz ſint ex eiſdẽ cauſis. Ad quod dicendũ q̃ in cancro eſt materia intra venas que ſunt velut radices eius: quare curari nõ poteſt niſi radices auferãtur: ſed illud eſt fieri impoſſibile ſine membri mutillatione: ſed cum lepra ⁊ albaras ⁊ morphea: ſimiliter ſafati ⁊ algueſetz ⁊ fe. quartana ⁊ multa diuerſorum ex eiſdẽ fiant cauſis: vt eſt dicendum a principio: conſequenter videtur vt eorum

capitula sibi mutuo suffragentur.

Pronosticatio.

Lepra primi gradus pfecte curat. Lepra vero scdi grad⁹ occultat: sed q̄ in tertio gradu mitigat. Et si sola q̄litas corporis mutetur: significat primū gradū. Si vo cum hoc opatio naturalis mutet: significat gradū secundū. Qō si exeūtia superuenerint muta gradū certificāt tertiū confirmatū. Item cū omne genus morboꝝ possit q̄cq̄ sanari beneficio nature sola lepra nō curat: nisi successerit consiliū medicine. Ite lepra q̄ fit a cā cala cito confirmat ⁊ fit corrosiua maligna que vo ex cā frigida tarda est atq̄ morosa: necq̄ mēbra corrodit ⁊ diutius occultat: qua propter accidit vt pueri ⁊ mulieres ⁊ senio res diutius in lepra pseuerent q̄ iuniores et viri fortes cali per naturā. Itez lepra magis multiplicat in regionibus frigidis q̄ calidis: qm̄ in eis sunt ꝓpter antiperistasiz vē tres calores: ⁊ simil⁹ in siccis magis q̄ humidis: qz fiunt in eis humores grossiores. Ite corpora p naturam crassa valde raro incurrunt lepra ⁊ cū accidit vt plurimū occultatur: qm̄ oia corpus impinguantia sunt lepre curatiua: vt dicit Auer. ij. sui colliget. q̄ lepra vt plurimū est ex generatione: raro vo ex accidente. Quapropter ⁊ difficile curat: quemadmodū ⁊ epilepsia atq̄ arthetica q̄ per generationē transfundunt. Ite leprosi raro febricitant ⁊ cū accidit eis feb. fit breuis nec pdurat: qm̄ siccitas prohibet putrefactionē. Qō si feb. cronica superuenerit: et ꝓprie quartana curat lepra inchoatam.

De albaras ⁊ morphea. Cap. v.

Ste sunt passiones defedantes cutim ⁊ corpis superficiē exterior em quemadmodū lepra carnē inficit ⁊ mēbra pfunda. Verūz differūt inter se parūper: tamē valde cōueniunt qō est qz morphea stat magis circa cutis superficiez: sed albaras inter carnē ⁊ cutē. Et tā albaras q̄ morphea ex humore grosso frigido maligno: quē cū mēbrorū assimilat ꝑm substātiā in toto vel in parte nō pōt ips perfecte assimilare in colore: quare remanet eius color ꝓprius ⁊ cutis colorat. Et quemadmodū tres sunt colores extranei a colore corpis principales q̄ sunt albus rubeus et niger: ita et sunt tres spēs vtriusq̄ principales que sunt morphea alba: morphea rub. morphea nigra. Similr ⁊ albaras al. rub. atq̄ nigra. Et alba quidē fit ex būore sanguineo terreo cōpacto: siz nigra ex melācholia cōdēsata. Necq̄ poterunt ex cho. gnari cū fit humor subtilis resolubilis vt in icteritia demonstratur.

Methodus.

Cura vtriusq̄ ipsaꝝ cū est alba est vt digerat flegma grossum cū sirupis calidis acutis incisiuis: ⁊ post hoc purget cuz medicinis fortib⁹ vicibus alternatis q̄s dixim⁹ ca. de arthetica passione. Et si ꝑsto nō sit aliud conferens erit oximel compositū vel squillitic⁹ in digerēdo ⁊ pill'e cochie in purgando semel in ebdomada ꝓuocet vomitus duob⁹ diebꝰ ꝓximis sup se: qm̄ diuertit materias a circūferētia corpis ad centrū oiquaq̄ si fuerit facilis copiosus. Post hec vo localia remedia ministrēt. Fricet q̄ ma Reg. culaꝫalba cū rebꝰ acutis rubificatib⁹ donec vesicet: ex q̄b⁹ sunt allia cepe crude ⁊ sapo ⁊ succꝰ anacardi ⁊ semē rapbani vl' vrtice ⁊ semē sinap. cōtritū ⁊ mixtū cū aceto. fil' radix capsie vel lilij vl' rubee tinctoꝝ. fil' ⁊ staphisagria ⁊ ellebor⁹ alb⁹ ⁊ radix lappacij acuti Nec ei oia makias grossas subtiliāt ⁊ isensibil' resoluūt: ꝙ⁹ hoc sanguinē laudabilē attrahūt ⁊ addūt in ruboꝝ. Qō si nō sufficerit emplet loc⁹ cū stercore colūbarū ⁊ sicub⁹ ficcis in q̄b⁹ puluis sinapis ⁊ cātarides sint incorpata: ⁊ ꝓpe post fricationē p̄dictā: nec desistat ab vlceratione bmōi donec pfunderadix macule totaliter auferat. Et ad id confert plurimū añcessio balnei q̄cq̄ vice in quo fiat scarificatio pticule cui succedat fricatio atq̄ emplatio iā dicta. Post illud aūt incernet loc⁹ ⁊ color ei⁹ rube⁹ liuidus infigat cuz vnguēto qō sic ℞. ℞. rubee tinctoꝝ brasilij Vno sandaloꝝ rub. terre rubee sang. dra. oim vel quorūcūcq̄ voluer⁹. ℥. ij. thuris farine fabaꝝ excorticatoꝝ adustaꝝ: añ. ℥. ℈. litbargiri albificati. ℥. iij. terant⁹ oia subtilr ⁊ cū litbarro ⁊ aqua decoc. brasilij vel terre rubee misceant donec redierit ad formā vnguēti ⁊ ex eo omni die locus corrosus inungatur vsq̄ ad consolidationem perfectam. Albificat

Albificat Lithargirum

tur aũt litbargirũ si puluerisek ⁊ misceatur cũ oleo ros.⁊ ad solẽ caliduz exponak donec exicceк.et iterũ terak ⁊ cum oleo ro. miscеak et soli exponak.Et boc fiat totiẽs donec fuerit albificatũ pfecte.Abstineat a cibis ⁊ medicinis frigidis ⁊ regak ex reb⁹ calidis subtilib⁹ vebementer. Utak in eo septus scz in tetuno trifera minore quã dixim⁹ ca.de decoratione capilloz.qm̃ flegma grossum educit ⁊ subtiliat excellenter.Cura vtriusqz cuz est rubea est vt statim a pricipio extrabatur sanguis grossus a corpe toto.t.cũ flebotbomia larga basilice dexire vel finistre vel saluatelle in pede dextro vel finistro modo illo modo alio donec totus extrabak cũ suctione assidua sanguis subtilis ex cibis bumectãtibus subtilib⁹: vt dixim⁹ de lepza. Post illud vero scarificek locus vsqz ad profundum rub.perfecte ⁊ emplastretur ⁊ fricek cum rebus acutis vesicãtibus iam dictis donec totus fuerit corrosus:deinde pmittak recarnari paulatine nõ subito cum succo cepe vel sinap.aspersо vel folijs recẽtibus caulis ⁊ bietis ⁊ sambuco positis super vlcus ⁊ infigak ei color albus tẽperatus cum protectiõe farine amili ⁊ catbimie argenti intra vulnus cuz litbargiro albificaco supradicto. Cura vtriusqz ipsarũ cum est nigra est vt a principio digeratur ⁊ purgetur melancbolia: sicut diximus capi.de lepza.cũ suctiõe assidua bumoz subtilitũ lucidoz ex cibis ⁊ potibus subtilibus penetratiuis dictis ibidẽ. ⁊ assiduatiõe balnei in aqua dulci tepida ⁊ multiplicatiõe ociũ somni ⁊ quietis ⁊ abstinẽtia ordinata a rebus acutis sanguinẽ educẽtib⁹: vt sunt piper ⁊ sinap.silr et a rebus põticis sanguinẽ cõgelantibus: vt sunt nesptile ⁊ pira nõ matura. Post ista vero oia peruenidũ est ad remedia localia: quare scarificek atqz vesicetur macula nigra:sicut dixim⁹ de de alba donec locus tot⁹ corrodak: deide nõ pmittak incarnari subito: sed paulatine donec ei sicut ⁊ in pdictis infigatur color.

Pronosticatio.

Albaras atqz morpbia cũ fuerint fortes difficiles antiquare corpus babilitãt ad lepzã. Itẽ albaras est deterior morpbea:qm̃ eius materia magis extat pfunda ; silr ⁊ cũ ipsa pzurit⁹ corpis ⁊ asperitas scabiosa que plurimũ aptificãt ad lepzã. Itẽ butusmodi passiones cũ nõ rubuerint facliter post loci fricationẽ difficile curank:qm̃ materiã signifikãt antiquatã. Itẽ si sanguis nõ exterit quãdo locus pũgitur cũ acu nullatenus curak: qm̃ materiã significat lapidificatã. Item in corporibus crassis p naturã vel dietã facil⁹ curãtur q̃ in siccis extenuatis: qm̃ regimen bumectatiuũ est bmõi passionũ sanatiuum. Itẽ si fuerint ex generatione aut diuturnis tẽporibus antiquate nullatenus auferũtur.

De sapbati ⁊ algueset ⁊ gutta rosacea. Capituluz.vj.

Iste sunt tres passiões cutim defedãtes: quẽadmodum ⁊ albaras et morpbea. Verũ differũt ab ipis boc mõ:qm̃ in istis passionib⁹ alterak color naturalis ⁊ ppius mẽbri cũ pustulis ⁊ furũculis diuersis. Sz in albaras et morpbea nõ sunt pustule neqz furũculi:imo solus color alterak. Differẽtia aũt eoz iter se talis ẽ:qm̃ ⁊ si qlibet ipsoz accidat circa cutim ⁊ ppie faciet:silr ⁊ rubozẽ efficiat pustuloſuz:verũtm̃ si pustule bmõi late fuerint atqz sparse ex q̃b⁹ virus egrediak sanioſum fit fau⁹ que sapbati nũcupak. Si vo minute fuerint atqz spisse cõtuncte plurime fit algueset que grossum nomiatur. Si vo rubor supra pustulas dominatur:sic gutta rosacea dicik. Et fiunt omnes ex eadem causa:scz bumore calido adusto corrosiuo:vt sunt flegma salsum ⁊ cholera atqz melancbolia aduſta.

Cura omnium istarũ vna atqz eadem est oĩno.digeratur igitur statim a pricipio bumor acutus atqz purgetur.,vt diximus.capi. de scabie ⁊ pzuritu. ⁊ fortiores medicinas digerentes atqz purgantes bumores aduſtos diximus capi.de lepza./quoniã bec duo capla nõ differũt nisi penes magis ⁊ min⁹. Quod si corpus carnoſum ⁊ viuidum appareat:oportet vt butusmodi purgatio fiat quãdoqz cum flebotbomia larga grossum sanguinem extrabente. Et quandoqz cum farmacia: modo quidem cum ista:modo quidem cum alia.vt diximus de lepza.donec totus bumor aduſtus educatur ⁊ subtilis atqz temperatus succesſerit paulatine ex subtilibus turibus temperatis. Post istam aũt curam videtur peruenidum ad remedia lo-

Dẽa lyaru passionũ

